

John Carter Brown.

103

DE
VERO
NOVI ORBIS
NVENTORE.

DISSERTATIO
Hiſtorico-Critica

Auctore

Jo. Friderico Stüvenio



FRANCOFURTI ad MOENUM,

pud DOMINICUM à SANDE.

Anno MDCCXIV.

VIRO

Perilluſtri & Excellentiſſimo,

DOMINO

HENRICO,

S. R. I. Libero Baroni

de TANN,

Domino in Kaltenſondheim, Oſt-
heim, Franckenheim & Birx.

Sacræ Cæſareæ
Majeſtati

A

Conſiliis Aulicis,

Reverendiſſimo verò

Fuldenſium Principi

à

onſiliis intimis, hujusque Aulæ ſupremo
Mareſchallo, & reliqua

occe obſervantiæ ſuæ devotique animi monu-
mentum ſacrum eſſe jubet,

Jo. Fridericus Stüven.

JOHN CARTER BROWN

Perilluſtris atque *Excel*
lentiſſime Domine,

TRiennium nunc eſt,
quod excurrit, *Vir Pe*
illuſtris & Excellentiſſim
ex quo me vocatum c
riſſimo *Filio Tuo*, Iuveni generoſ
ſimæ indolis maximæque ſpei,
phoru

phorum præpoſuiſti. Peregi, quæ mei fuerunt officii, ea, qua potui, aſſiduitate: quibus autem ſucceſſibus id à me factum, judicent alii, cum egregios Dilectisſimi *Filii Tui* in bonis artibus litterarumque ſtudiis profectus laudare velle, vel jactantia, vel blanditiæ videri posſent. Interea vero temporis, dùm hac ſparta ſum functus, tanta in me fuit magnitudo *Tuorum* meritorum, tot mihi exhibuiſti beneficia, ut nulla verborum copia exhaurire ea ſatis queam. Singulari prorſus me ſemper humanitate excepiſti, ac ſingulis fere diebus nova propenſisſimæ *Tuæ* in me voluntatis edidiſti ſigna, quæ adhuc quotidie auges. Ex qua mirifica benevolentia, qua & omnes proſequeris, qui bonarum litterarum ſacra colunt, animi *Tui* elucet benignitas ac magnitudo,

quam

quam laudibus extollunt prædicantque jure omnes, qui *Te* norunt. Adderem plura, niſi bene haberem perſpectum, *Tuam, Perilluſtris ac Excellentiſſime Domine*, modeſtiam ac humanitatem *Te* ab audiendis laudibus *Tuis* avertere. Hinc coram *Te* parce id faciam reſtricteque, coram aliis vero effuſiſſime, ne vel injucunditatem quandam *Tua* in me ſentiat ſumma moderatio; vel ego decora *Tua* laudumque ornamenta ſilentio meo deterrere videar. Non ſemel interim eâ mentem meam exagitavit cura, quo demum meum erga *Te* gratum animum obſequiumque demonſtrare poſſem, tandem in ea mingreſſus ſum ſententiam, mearum eſſe partium, pro tot tantisque exhibitis beneficiis publica quadam defungi gratiarum actione;

ac

ac cum præſens ſe offerret occa-
ſio, auide eam ſum amplexus, exiguasque has pagellas *Perilluſtri Nomini Tuo* ſacras eſſe juſſi. Non quidem, ac ſi exiſtimarem, e tenui hoc opuſculo *Tibi* aliquid decoris accedere poſſe, ſed quo *Tibi* publicum aliquod, qualecunque etiam ſit, gratisſimi animi fideique monumentum exhibere queam. Certe nulla unquam tantorum beneficiorum memoriam in me delebit oblivio, hinc officia mea *Tibi* æternum dicata manebunt. Ad nutus *Tuos* nullo non tempore ero paratus, ad obſequia *Tua* pronus, & pro *Tua* ſalute quotidie ardentisſima vota nuncupabo. Largiatur *Tibi*, *Vir Excellentiſſime*, Summum Numen omnia, quæ ipſe cupis, bona, omniaque felicitatum genera concedat. Ser-
uet

uet *Te* ſanum incolumemque, ut diutisſime adhuc rebus humanis ſis ſuperſtes, ſubjectorum Tuorum ſaluti, antiquisſimæ Familiæ ornamento, & publico omnium, præſertim vero Buchoniæ, bono. Vale. Datum Gieſſæ Haſſorum d. 15. Jun. MDCCXIII.

PRÆFAMEN.

Benevolo Lectori Salutem.

MUlta magnaque Germanorum in bonas artes ſtudiaque litterarum eſſe merita, nemo niſi rerum omnium ignarus inficias ibit. Quamvis enim quorundam exterorum umprimis Gallorum faſtus illud negare fuerit auſus; lóriam tamen Germanorum contra illos egregie ndicavit *Io. Fridericus Cramerus, in Vindiciis nomi-is Germanici contra quosdam obtrectatores Gallos* (a) ex Belgis *Io. Braunius, in Selectis ſacris Lib. V. Ex-cit. V.* (b) *Confer. clar. Struvii Introd. ad Hiſtor. rei ter. cap. V. §. XIII. pag. 215. & in ſupplem. pag. 40. 19.*

Nos hic in recenſendis Germanorum inventis olixi eſſe nolumus, ſed eorum præcipua breviter tigiſſe ſufficiat. Et quidem primo Germanis Glo- inventi pulveris Pyrii ſeu Bellici debetur, quippe i a Bertholdo Schvvartzio, natione Cymbro, Mo-cho ſec. XIV. inventus orbi innotuit, artisque Bel-æ incrementis anſam dedit.

Sunt quidem qui ejus inventionem longe cre-

A dunt-

) Prodiit. Berolini 1694.

) Selecta hæc ſacra lucem viderunt Amſtelodami apud Henricum Wetſtenium 1700. in 4.

dunt antiquiorem, (c) quorum tamen opinio merito ab aliis rejecta ac confutata fuit.

Artis

(c) *Petrarcha, de Remediis utriusque Fortunæ, Dialog.* 99. & *Rob. Varturius de Re militari Lib. X.* Archimedem pulveris Pyrii auctorem faciunt. Iſaacus Voſs. *Variarum obſerv. cap. XIV. p. m.* 83. & *cap. XV. p.* 86. *ſeqq. Maffeus Hiſtor. indic. Lib. VI. d.* 122. *Athanaſ. Kircher. Chin. illuſtrat p.* 222. ejus inventionem Sinenſibus adſcribunt. Garcias de Sylva *Brev. Hiſtor. Hiſpan. cap.* 59. Mariana *Hiſtor. Hiſpan. lib.* 16. *cap.* 16. Mauris eam attribuunt. Borrichius *de ortu & progreſſu Chymiæ p.* 126. & clariſſ. Georg. Paſchius *de inventis nov. antiquis cap. VII.* §. 57. *pag.* 746. Rogerium Baconem natione Anglum, Celebrem iſtum Franciſcani Ordinis Monachum, auctorem credunt. Aſt pro Germanis militant præter Germanos hiſtoricos, qui forſan de partium ſtudio ſuſpecti eſſe poſſent, Platina *de vitis Pontificum, in vita Urbani VI.* Petrus Ramus *Schol. Math. Lib. II. cap. XI. pag.* 64. Ubi, *tres* inquit, *hæ ſingulares artes, Bombardica, Typographia, Nautica, Mathematicæ Germanicæ inventa ſunt.* „ Polydorus Vergilius *de inventoribus rerum Lib. II. cap. II.* Machiavellus „ *Hiſtor. Flor. Lib. I. pag.* 88. Jo. Brodæus, *Miſcell. Lib. II. cap. XXVI.* Raphael Volateranus „ *Lib. XXX. & alii.* Confer. Jo. Camerarii *Horar. ſubciſiv. Centur. II. cap.* 28. *pag.* 114 „ *ſeqq.*

Artis Typographicæ inventio, qua omnes artes
[ſ]cientiæque ad ſummum evectæ ſunt faſtigium, Ger-
[m]anis quoque denegari nequit, quamvis diſpute-
[tu]r, num Moguntiæ, an vero Argentorato hicce ho-
[n]os debeatur.

Non deſunt equidem, qui aliis gentibus artis
[h]ujus præſtantiſſimæ inventionem attribuere allabo-
[ra]nt; Aſt veritatem vindicarunt, Germanosque e-
[ju]s auctores eſſe, luculentiſſime demonſtrarunt *Ma-
[lin]rus, in vero Germaniæ invento*, & *Henricus Salmuth,
[in] notis ad Pancirollum lib. II. Tit. 12. Bernhard. Mal-
[li]ncrot. de ortu & progreſſu artis Typograph. Io. Saubert.
[in] append. ad Hiſtoriam Biblioth. Noriberg. de Invent.
[T]ypograph. Nicol. Serrarius de rebus Mogunt. Lib. I.
[ca]p. 36. W. E. Tentzelius in Diſcurſu de inventione ar-
[ti]s Typographicæ*, quem Germanico diomate Gothæ
[1]7[0]o. 12. publici Juris fecit.

Quantos ſeculo elapſo progreſſus in Aſtrono-
[m]ia fecerint Mathematici ope tuborum opticorum,
[qu]antos in Philoſophia naturali Phyſici ope micro-
[ſc]oporum, nemo eſt qui ignorat, horum autem in-
[ve]ntorem eſſe Germanum Zachariam Johannidem,
[ſe]u ut vulgo vocatur, Janſen in Germania inferiori
[ci]tum egregie probavit Petrus Borellus (d) de vero
[T]eleſcopii inventore Cap. XII. ſeqq.

In immenſum crevit Philoſophia naturalis in-
[ve]ntione Anthliæ Pneumaticæ, cujus Auctor in-

A 2 ventor-

[(d]) Erat Borellus Regis Galliarum Conſiliarius &
Medicus ordinarius Liber ejus hic citatus pro-
diit. Hagæ Comitum ex Typographia Adriani
Wlacq. Anno 1953. 4.

ventorque Otto Guerike, celeberrimus ille Conſul Magdeburgenſis (e) fuit.

Et quis omnia recenſere vellet Germanorum inventa? Quæ illorum in Matheſin ſint merita, in compendio eleganter oſtendit celeberrimus Jenenſium Mathematicus *Georg. Albert. Hambergerus, in Programmate de meritis Germanorum in Matheſin, Jenæ d. X. Jun.* 1694. *in* 4. publicato.

Quid præſtiterint Germani in Hiſtoria, diſcere quis poteſt ex elegantiſſima Oratione auſpicali inſignis Jenenſium Polyhiſtoris *Burchardi Gothelfi Struvii Supplementis ejus ad notitiam rei litterariæ, quæ Jenæ* 1710. *in* 8. *prodierunt*, annexa.

Merita Germanorum in rem litterariam docere voluit *Georgius Dan. Morhofius*, ſed morte præventus nil niſi fragmentum quoddam reliquit, quod ex ſchedis B. viri clar. Jo. Burcardus Majus collegit ac una cum ejus Diſſertationibus Academicis & epiſtolicis Hamburgi 1699. in 4 edidit.

Interim Jacobi Friderici Reimmanni *Introductio in Hiſtoriam litterariam Germanorum*, quam Halæ Magdeb. 1709. & 1710. III. Tom. in 8. edidit omnino hac de materia legi meretur. Dolemus interim multa eaque egregia inventa Germanorum ab exteris ſibi attribui, & exinde gloriam omnem in alienas gentes transferri.

Sic pleraque Gallorum recentiorum celebrata axiomat

(e) Ridiculus error eſt, quando Deſnues in epiſtolis ſuis inventorem Anthliæ Pneumaticæ Monſieur Magdebourg vocat. Conf. Acta Erudit. anno 1707. pag. 416.

xiomata in Architectura militari jam ante ſeculum
orbi expoſuit Daniel Speckle (f) celeberrimus ille
Architectus Argentinenſis, quæ deinceps Galli
ua fecerunt, atque tanquam a ſe inventa jactarunt.
Plura hujus rei adducere poſſemus exempla, ſed
unicum tantum hic ex inſtituto pertractabimus. No-
iſſima videlicet eſt communis opinio, Chriſtopho-
um Columbum Genuenſem, detexiſſe novum or-
bem; aſt Martino Bohemo, natione Germano, pa-
ria Norinbergenſi hanc detectionis gloriam po-
iori jure adſcribendam, exiſtimo, nec adſertioni
neæ ſolidas, deeſſe rationes ex infra dicendis cla-
riſſime patebit. Tu vero Benevole Lector inſti-
tutum hoc noſtrum benigne interpretare, ac
conatibus noſtris fave.

f) Titulus operis eſt: Architectura von Veſtungen / wie die zu unſern Zeiten neue erbauet werden / an Städten / Schlößern und Flüſſen / zu Waſſer / Land / Berg und Thal / mit ihren Bolwercken / Cavalieren / Streichen Graben und Leuffen / ſamt deren gantzen Anhang und Nutzbarkeit / auch wie die Gegenwehr zu gebrauchen / was für Geſchütz dahin gehörig / und wie es geordnet und gebraucht werden ſoll / alles aus Grund und deren Fundamenten. Samt den Grundriſſen / Viſierungen und Auffzügen für Augen geſtelt durch Daniel Specklen. Straßburg 1589. in folio.

CAPUT I.

SUMMARIA.

OPhiram Salomonis eſſe Americam multi credunt. §. 1. Alii Inſulam Zeilan Ophiram fuiſſe Iudæis dictam autumant §. 2. quam Sententiam Io. Clericus etiam tuetur §. 3. Adrianus Relandus eam Cherſoneſum Indicam eſſe probare nititur. §. 4. Magis tamen placet Hueti, ſententia qui partem Africæ ſic appellatam fuiſſe demonſtrat. §. 5. Ergo non eſt America §. 6. quod probatur §. 7. etiam exinde, quia nulli in America inveniuntur Elephanti. Nec obſtat itineris diuturnitas §. 8. multo minus linguarum aliqualis convenientia. §. 9. vel morum & conſuetudinum. §. 10.

§. 1.

Multum diuque inter eruditos diſceptatum fuit, utrum America ante Chriſtophorum Columbum cæteris orbis partibus fuerit cognita. Sunt multi qui negant, ſunt è contrario non pauci qui affirmant. In primis autem magna eſt copia præſertim Theologorum, qui Ophiram, in quam Salomo ſuas miſit claſſes ad advehendas in Judæam divitias, ipſum novum orbem, qui Americæ nomine venire ſolet, fuiſſe autumant, ob rerum pretioſarum abundantiam quæ in hac terræ parte reperiuntur.

§. 2. Sunt quidem alii, qui inſulam Tabrobanam Ophiram Salomonis fuiſſe credunt, è quorum numero & doctiſſimus Bochartus eſt. In Li-

bro

bro enim ſecundo Phaleg,c. 17. Ubi varias de Ophi-ra Salomonis recenſet eruditorum ſententias, *nec deſunt*, inquit, *qui Ophiram in Tabrobana Inſula ponunt, ſive ea ſit Sumatra ſive Zeilan. His ideo nos accedimus, quia Tabrobanæ Inſulæ, quam Zeilan eſſe alibi probabo, omnia ad amuſſim quadrant, quæ de Ophira legere eſt in libris Regum & Paralipomenon. Ibi enim Aurum & Ebur gemmasque & margaritas magna copia naſci, nemo eſt qui neſciat, ſcatere etiam pavonibus ſcribit Steuckius in Arrianum, & in Cherſoneſo proxima magni pretii Cercopithecos memorat Ludovicus Vartomanus Lib. V. c. 21.*

§. 3. Eandem quoque ſententiam valde proba-bilem ſequitur doctiſſimus Jo. Clericus (a) quamvis non in omnibus Bocharto aſſentiatur. Nam quia duas Ophiras fuiſſe ſtatuit Bochartus, alteram in In-dia, alteram vero in Arabia apud Caſſanitas, merito in hoc, ut mihi videtur, ab eo diſſentit citatus Cle-ricus. (b) Argumentis enim non contemnendis hanc Bocharti Arabiæ Ophiram rejecit ac confutavit.

§. 4. Nuperrime Hadrianus Relandus, Profeſ-ſor Ultrajectinus ob multifariam eruditionem longe celeberrimus, in ſuis Diſſertationibus oſtendit, omnia, quæ in Sacro Codice de terra Ophitica traduntur convenire regioni ſitæ in Cherſoneſo Indica inter 112. & 113. gradum longitudinis & circa 15 gradum

 latitu-

(a) Commentar. Philolog. in Libros Hiſtor. V. T. ad Lib. I. Reg. Cap. XVII. pag. 398. ſeq. Prodiit Commentarius Amſtelodami 1708. in fol. apud Henricum Schelte.

(b) l. c. p. 397.

latitudinis. Fuit in illa urbi Oupara ſive Soupara ex Ptolemæo, Ammiano Marcellino & Arriano ſatis nota, hanc in Sacris dici Ophiram vel Sophiram contendit.

§. 5. Fateor & Bocharti & Relandi ſententias vero non eſſe diſſimiles, hinc eas non ſpernam. Arridet tamen mihi maxime Petri Danielis Huetii, Præſulis Abrincenſis longe doctiſſimi, opinio, qui erudite oſtendit, (c) Ophiram eſſe Africæ partem orientalem, à promontorio Aromatum, quod nunc Gardafui appellant, ad extremum usque Africæ limitem verſus Auſtrum, & qui ab Arabibus Zanguebar & qui vulgo Cafraria vocatur. At quamvis tam late patuiſſe credat Ophiram terram, exiſtimat tamen, regiunculam; quæ Sophala dicta eſt & ſita ad viceſimum primum latitudinis Auſtralis gradum, præ ceteris Ophiræ portubus fuiſſe commerciis frequentatam, & Ophiram proprio nomine dictam. Imo & jam inde a Salomonis temporibus Promontorium, quod nunc Bonæ Spei appellatur, navigationibus ſuperari fuiſſe ſolitum argumentis evincit non ſpernendis. (d) Quicquid hujus ſit, Ophirā in Africa quærendam eſſe & denominationis Africæ & Ophiræ convenientia Ebræis אפריכה & אופור dicta, & navigandi ratio illis temporibus valde rudis & litora legere ſolita ſuadent.

§. 6. Non

(c) *In commentario de Navigationibus Salomonis, cap. II. pag.* 135. Prodiit hic Commentarius una cum ejus Tractatu *de Situ Paradiſi Terreſtris Amſtelodami* 1708. *in* 8.

(d) l.c. Cap. IV.

§. 6. Non poſſum itaque a me impetrare, ut
ſſenſum præbeam illis, qui Ophiram in Americam
ocant, & vel Hiſpaniolam vel Peruviam eſſe au-
umant. Habet quidem hæc ſententia ſuos patro-
nos ac defenſores, eosque præclaros viros. E qui-
bus familiam ducit Joannes Chriſtophorus Arto-
poeus, Profeſſor Argentinenſis doctiſſimus, qui mul-
is rationibus eam ſuffulcire conatur. (e) Concedit
lle quidem Indiam orientalem ejusque partem ex-
remam fuiſſe Ophiram dictam; aſt ſimul conten-
dit Salomonis nautas in orientem, quacunque via
potuiſſent, curſum navalem inſtituiſſe, & ſic præter-
navigatis Inſulis Salomonis usque ad continentem
lteram, hodie Americæ nomine dictam, perveniſſe,
c inde & Aurum & Ligna Hebeni & animalium ge-
nera quædam ſecum domum reportaſſe. *Cenſeo*,
nquit, (f) *ad Indiæ ulteriora perque Inſulas, quas*
odie Philippinas, atque alias inſuper, quas Salomo-
is vocant, pacificum mare emenſos in Peruvianis lit-
oribus exſcenſionem feciſſe, argentique & aurifodinas
nveniſſe, elaboraſſeque tantum hujus metalli, quan-
um una expeditione pervehi potuit. Ita quidem ſentit
ir Doctiſſimus, ſed liceat loco Reſponſionis erudi-
iſſimi Huetii verba apponere, qui *Ophiram*, inquit (f)
n Peruvia quærere, id vero eſt & navigationem neſcire

) In Diſſertatione de Termino Navigationis Ophi-
ricæ, habita Argentorati 1692. quæ una cum e-
jus ſuccincta commentatione de Summis Im-
periis Argentorati 1700. in 4. prodiit.
(f) l. c. §. 4.
) l. c. Cap. II. §. 14. pag. 142.

priſcæ hujus ætatis, & immenſam locorum diſtantiam & Peruviæ terræ naturam. Nam vix a conſpectu litoris recedebant olim, dum navigarent ante repertum uſum pyxidis magneticæ, & quæ maxime celebrantur in fabulis & in Hiſtoriis nauticæ expeditiones vel Argonautarum vel Hannonis vel aliæ qualibet, non aliter geſta ſunt quam litorum ductu. Cumque noctu aut Cynoſuram aut Helicen conſuluiſſent, magnum illis erat, Ægeum Joniumque domuiſſe. At vaſtum tranare oceanum & veteris ac novi orbis formidatiſſima promontoria ſuperare, cœlo unico duce, cujus ſæpe aſpectum nubes ipſis eripuiſſent, neque audebant, neque certe per imperitiã poterant. Exiſtimat quidem Artopoeus, quod fuerit jã olim Phœnicibus ac Salomonis nautis hic magnetis uſus cognitus. Salomoni enim teſte ſcriptura Sacra (g) rerum omnium naturalium fuiſſe notitiam, ergo & magnetis. Sed quis non videt huncce locum pro temporum iſtorum ſtatu ac conditione eſſe interpretandum; alioquin etiam ſtatuendum, Salomonem & Anthliam Pneumaticam, & Barometra, Thermometra &c. habuiſſe, quod certe abſonum eſt. Bene Huetius pergit: *Novi orbis & acus magneticæ notitiam qui tribuunt Salomoni, idcirco quod nihil ipſum ignoraſſe certum putant, ne illi librorum ſacrorum abutantur verbis, & faciunt intelligendo, ut nihil intelligant. Id enim ſi recipitur, fatendum igitur, navigandi quoque artem ita eum calluiſſe, ut alios quoque docere poſſet, & adverſus omnes caſus maris ita comparare, ut nihil extimeſcerent, quæ incredibilia ſunt. Valde igitur falletur,*

(g) I. Reg. 5 v. 12.

falletur, ut idem ait Huetius, *ſi quis veterum navigationes, & nauticæ artis notitiam ex noſtra ætate æſtimet. Magneticæ pyxidis uſus homines noſtros audentiores & peritiores effecit. Navigare audent, noctu, in tenebris, nubilo cœlo; Olim adventante noctu anchoras jaciebant. Obliquos hodie excipiunt ventos, ac fere adverſantibus auris iter pergunt; olim rectis tantum ac puppim ferientibus.*

§. 7. Præterea non video quare ſapientiſſimus Salomo præternavigatis terris vicinioribus notioribusque immenſo circuitu, claſſes ſuas in novum orbem magno impendio, ac majori adhuc periculo miſerit, cum tamen regiones vicinæ ſive Aſiaticæ ſive Africanæ rerum pretioſarum omnium longe ſint fertiliores. Claſſem Salomo compegit Aſiongabere & ex hoc celebri portu, mari rubro adjacenti, navigia Ophiram adeuntia ſolverunt. Neceſſario itaque totam Africam vel, uti Artopoco placet, Aſiam circumire fuerunt coacta, & immenſum tranare oceanum, ſi Americana litora adire voluerunt, quod tamen ipſum via longe breviori fieri potuiſſet, ſi ex Joppe vel alio Mediterranei maris portu per celebratum Gaditanum fretum iter inſtituiſſent.

§. 8. Probari porro, Americam non eſſe Ophiram Salomonis, exinde poteſt, quia nulli in illa orbis parte reperiuntur Elephanti, hinc fieri non potuit, ut nautæ Salomonis e Peruviana vel Hiſpaniola vel alia provincia Americana Ebur reportaverint, quod tamen Sacro Codice teſte copioſe attulere. Sed reſpondet clariſſ. Artopoeus, nautas Salomonis ex America redeuntes deſcenſionem feciſſe in Indiæ litoribus, & tantum Eboris illic comparaſſe, quantum

uterque

uterque Rex Salomo ſcilicet ac Hiramus deſiderare potuiſſent. At enim vero nulla probabilitate niti ſententiam viri ceteroquin doctiſſimi, jam ſupra demonſtratum. Nec obſtat itineris diuturnitas, quam contrariam ſententiam tuentes objiciunt. Si enim ſacrum textum inſpiciamus ex ipſis fontibus petitum, deprehendimus totius trienni ſpatio unum tantum fuiſſe appulſum navium ad patrium litus redeuntium, non vero exinde probari poteſt; totum triennium a claſſe Salomonis in itinere fuiſſe conſumtum. Videtur potius illud triennium effodiendo auro, venandisque elephantibus, ſimiis, pavonibus fuiſſe impenſum.

§. 9. Contendit porro clariſſ. Artopoeus tempore Salomonis Coloniam quandam Iſraëlitarum & Phoenicum navigationibus Salomonæis in novam orbem delatam terras has coluiſſe, aurum elaboraſſe, gemmis atque unionibus piſcandis, fundendisque lingis Ebeni operam dediſſe, quo navibus adventantibus paratæ merces eſſent, illudque probare vult, quia tenuia quædam linguæ Hebrææ & religionis veſtigia deprehendantur apud diverſas Americæ gentes. Refert enim Hornius (g) Joſephi nomen apud Hurones, & in Souriquoſiorum cantilenis vocem Alleluja eſſe frequentem, Eſcarboto teſte; narrare quoque Jucatanenſes, ſe a majoribus ſuis accepiſſe, provinciam illam primum cultam fuiſſe a gentibus, quæ ab oriente poſt varios errores advenerint, & numinis auxilio ab aliarum gentium injuriis liberatæ, per mare apertis utrinque fluctibus evaſe-

(g) In Præfat. de orig. Gentium Americanar.

evaſerint. Non dicam de fide hujus citati Auctoris, fabulam tamen ſapere hanc narrationem nemo non videt. Nusquam enim deprehendimus, Deum miraculo quodam gentes per immenſum oceanum apertis fluctibus traduxiſſe, uti hic quidem traditur. Traditionem vero eam de Iſraëlitarum per mare rubrum tranſitu velle intelligere, abſonum foret, cum Jucatanenſes, miraculum illud in mari Americam circumdante a Deo factum eſſe, contendant. Nec ex aliquali pauciſſimorum verborum linguæ Jucatanenſis cum Hebræa convenientia argumentari licet, Colonias a Judæis in Americam fuiſſe miſſas. Dicendum potius, hæc verba eſſe reliquias primævæ illius & univerſalis linguæ, quæ, ſi communem amplectamur ſententiam, Hebraica fuit, & quæ lapſu temporum in tot abiit tantasque diverſas dialectos. Sane certū eſt nullam fere eſſe linguam, quæ non cum aliis habeat quandam verborum convenientiam, quamvis inter ipſas gentes nulla mutua intercedant commercia. Quis ignorat, linguam Germanicam magnam habere vocabulorum cum Perſica convenientium copiam? Aſt quis inferat exinde, ergo Coloniæ e Germania in Perſiam vel vice verſa, ſunt perductæ, cum altum hac de re Hiſtoriarum ſit ſilentium.

§. 10. Commemorat Menaſſe Ben Iſrael in libro, quem *Spem Iſraelis* vocat, relatum ſibi eſſe; populos in America exiſtere qui Sabbatum obſervent, ac circumciſionem, unde nonnulli Iſraelitas in Americam perveniſſe, ac religionem ſuam propagaſſe probare volunt. Sed traditionibus illis Judaicis parum fidei tribuendum eſſe, recte monet clariſſ.

Arro-

Attopoeus. (h) Imo quamvis concedamus, veritate niti hanc relationem, exinde tamen Iſraelitarum in Americam navigationes demonſtrari nequeunt. Nam Sabbatum, teſtibus Sacris litteris, omnibus Noachidis commune olim fuit, quibus Summum Numen hocce præceptum de Sabbato celebrando ſevere injunxit, hinc non video, quare apud nonnullas gentes, quæ omnes a Noacho deſcendunt, haud potuerit permanere. Circumciſionem quod attinet, eam non tantum Judæi ſed & Ægypti, Colchi, Phoenices, Syri, Arabes, Æthiopes, aliæque gentes in uſu habuerunt, quemadmodum ex veterum monumentis quam clariſſime conſtat, quare Judæis fuiſſe propriam, dici non poteſt. Utrum vero hæ gentes ab Iſraelitis, an vero Iſraelitæ ab Ægyptiis circumciſionem deſumſerint, inter eruditos diſputatur, quam litem meam non faciam: Argumenta ab utraque parte exhibet in compendio Joan. Spencerus, *de legibus Hebræorum ritualibus earumque rationibus Lib.* I. *Sect. IV.* p. m. *69.* ſeqq. Hoc interim certum, multas hodienum eſſe gentes in primis ſub Zona torrida habitantes, quæ circumciſione utuntur, non religione quadam, ſed ratione & neceſſitate naturali coacti. Nimis enim longum habent præputium, ut, niſi abſcinderetur, & procreationem ſobolis impediret, & urinæ mittendæ obſtaret, quod de Arabibus abunde teſtatur Thevenotius, quin & circa glandem impuritatem generatet.

(h) l. c. §. 10.

-ratet. (i) Imo ipſi Mahumedani non religione maſculos ſuos circumcidunt, nusquam enim Mahumedus illis circumciſionem injunxit, ſed repertam apud Arabes reliquit. Credunt autem eam generationi utilem ac proficuam eſſe, munditiemque promovere uti præter alios teſtis eſt Thevenotius; (k) quas cauſas & innumeræ aliæ gentes ſuæ circumciſionis allegant. (l) Quidni itaque dicamus & nonnullos

(i) In itinere orient. P. 1. c. 32. Les Arabes, inquit, ont le prepuce ſi long, que s'ils ne le coupoient, il les incommoderoit fort, & on voit chez eux de petits enfants, a qui il pend fort long, outreque ſ'ils ne coupoient leur prepuce, en urinant ils en retiendroient toujours quelque goute, qui les polluetoit.

(k) l. c. les Mahometans, inquit, croyent, qu'un homme ayant le prepuce coupé eſt plus propre a la generation. *

(l) vid. Herodotus in Thalia Lib. II. c. 27. qui circumſionem fieri τῆς καθαριότητος ἕινεκεν, puritatis gratia, expreſſe aſſerit. Philo quoque Judæus quatuor diverſas circumciſionis cauſas profert, inter quas & munditiei & fœcunditatis ſtudium eſt. *Vna cauſa eſt*, inquit, *ut caveatur morbus curatu difficilis, quem vocant carbunculum, opinor ideo ſic appellatum, quod urat inflammatione, quæ præputiatis facilius innaſcitur. Altera, ut totum corpus ſit purius, nec impediat officia ſacerdotalis ordinis: Quamobrem etiam radunt corpora Ægyptii Sacrifici, ne quid ſordium vel ſub pilis vel ſub præputiis hæreat, quod*

ſos Americæ populos in Zona Torrida habitantes iisdem motos rationibus circumciſionem adhibuiſſe, eaque uſos eſſe neceſſitate naturali, ad promovendam ſcilicet generationem, non vero tanquam religionis actu. Sic non opus erit, fingere Colonias Judæorum, & itinera claſſis Salomoneæ in Americam, quæ nulla ratione probari poſſunt, imo potius omni adverſantur probabilitati.

CAPUT

---

poſſit obeſſe puritati Sacris debitæ. Et Paulo poſt ſubjungit: *Quarta cauſa ſumme neceſſaria eſt cura fœcunditatis & numeroſæ ſobolis: & ideo aiunt circumciſas gentes fœcunditate pollere eſſeque populoſisſimas. De circumſione* p. 810. Operum ejus quæ 1691. Francof. prodierunt. Confer. Iob. Ludolfi Hiſtor. Æthiopica Lib. III. c. 1. §. 19. ſeqq. & ejusdem commentarius ad hanc ſuam Hiſtoriam N. III. p. m. 268. ſeqq. Notatu dignum eſt, quod l. c. de circumciſione fœmellarum in Africa partim etiam in Aſia uſitata refert Ludolfus, quæ valde neceſſaria ob excreſcentis clitoridis deformitatem, unde forſan & noſtra de circumciſione ſententia corroborari poterit. Vide etiam Adrianus Relandus *de Religione Muhamedica* Lib I. pag. 28. ſeq. Hunc fœminas exſecandi morem deſcribit etiam Dapperus in Africa ſua p. m. 47. confer. Regnerus de Graaf de mulierum organis c. 3. pag. 174. & multi alii a Ludulfo citati Auctores.

CAPUT II.

SUMMARIA.

Utrum Platonis Atlantis fuerit America, de qua regione ejus adducuntur verba §. 1. argumenta quiquibus probari ſolet, Atlantidem eſſe Americam, proponuntur. §. 2. Sed refutantur, §. 3. Diſquiritur, utrum ſubmerſa fuerit Atlantis; quod negatur §. 4. Probatur non eſſe Americam §. 5. Sed fictam à Platone regionem. §. 6.

§. 1.

Diſquiſitione breviter facta, num Orbis novus fuerit Ophira Salomonis, videndum nunc etiam, utrum ſit Platonis Atlantis; quemadmodum non pauci exiſtimant. Quo autem rectius de hac ficta regione judicare queamus, non abs re erit, ipſa Platonis verba ex Marſilii Ficini verſione hic adſcribere, (a) *Tunc enim*, inquit, *pelagus illud navigabile, habens in ore & quaſi veſtibulo ejus inſulam, quas Herculis columnas cognominatis: ferturque Inſula illa Libya ſimul & Aſia major fuiſſe, per quam ad alias inſulas proximas patebat aditus, atque ex inſulis ad omnem continentem è conſpectu jacentem vero mari vicinam. Sed intra os ipſum portus anguſto ſinu fuiſſe traditur. Pelagus illud verum mare, terra quoque illa verè erat continens. In hac Atlantide inſula maxima & admirabilis potentia exſtitit Regum, qui toti Inſulæ illi, multisque aliis, & maxima terræ continentis*

 tis

(a) in *Timæo* ſive *de natura* dialogo, p. 1045. edit. quæ Francofurti ad Mœnum 1602. in fol. prodiit.

tis parti, præterea & his, quæ penes nos ſunt, dominabantur. Siquidem tertiæ mundi parti, quæ Libya dicitur, usque ad Ægyptum imperaverunt, Europæ vero usque ad Tyrrhenum mare; horum vis omnis unà collecta noſtram, o Solon, veſtramque regionem, & quicquid intra Columnas Herculis continebatur, invaſit. Tunc veſtræ civitatis virtus in omnes gentes enituit, quæ cum omnes magnanimitate bellicisque artibus antecelleret, partim una aliis Græcis, partim ſola ceteris deficientibus, extrema diſcrimina ſubiit, hoſtesque expugnavit, eos vero, qui nondum in eorum ditionem poteſtatemque venerant, ne venirent prohibuit: alios vero, nimirum nos, quotquot cis Herculis columnas habitamus, omnes promiſcue ſervavit. Poſthac ingenti terræ motu jugique diei unius & noctis illuvione factum eſt, ut terra dehiſcens veſtros illos una omnes bellicoſos homines abſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur. Quam ob cauſam innavigabile pelagus illud propter abſorptæ inſulæ limum relictum fuit.

§. 2. Ex adductis his Platonis verbis Americam veteribus fuiſſe cognitam, ipſamque hanc Atlantidem, multi admodum opinantur. Situm enim, inquiunt, hic Platonem accuratè ſatis indicare, dum Occidentem verſus extra Herculis columnas eam exſtitiſſe affirmet. Magnitudinem etiam bene perſpectã habuiſſe, quam & Libya ſeu Africa & Aſia majorem ſtatuat. Aſt quicquid hujus ſit, fabuloſa eſſe omnia, ac nil niſi figmenta & ſomnia Platonis, jam diu viri docti animadverterunt. Quamvis enim & ſitus, & magnitudo fictæ Inſulæ Atlantidis aliquatenus Americæ conveniant, reliqua tamen, quæ à Platone de

hac

ıac regione narrantur, nullo modo conciliari ac ad Novum noſtrum Orbem applicari poſſunt.

§. 3. Potentiam Regis vaſtiſſimæ hujus inſulæ cele- ɔrat Plato, ac bella memorat, quibus non ſolum Eu- opam ſed & reliquas terræ partes vexarit. Sed altum ıac de re apud omnes probatæ fidei hiſtoricos eſt ſi- entium. Imo ſi tempus modò inſpiciamus, quando ıæc geſta Platoni dicuntur, meridiano ſole clarius lucebit, merum commentum eſſe omnia, quæ de tlantide narrantur. In Critia enim ſive Atlantico no- em millia annorum eſſe contendit, ex quo bellum actum inter eos, qui extra Herculis columnas, & ıter eos, qui intra ipſas habitarint. (b) Aſt mun- ūm tum temporis nondum exſtitiſſe, ex ſacris fon- ibus liquidò conſtat, vix enim tria millia annorum : quinque ſecula à mundo condito præterlapſa e- ant, cum in terris degeret Plato, unde itaque diſce- : potuit traditiones hiſtoriamque à novies mille re- o annis?

§. 4. Submerſum fuiſſe immenſum hunc terræ actum maris fluctibus ait Plato, quod fabulam pere omnes confitentur. Habemus quidem ex hi-

ɔ) Ipſa Platonis verba l. c. p. 1100. dictæ editionis hæc ſunt: *πάντων δὴ πρῶτον μνησθῶμεν, ὅτι τὸ κεφάλαιον ἦν ἐννάκις ἔτη χίλια, ἀφ᾽ οὗ γεγονὼς ἐμηνύθη πόλεμος τοῖς θ᾽ ὑπὲρ Ἡρακλείας στήλας ἔξω κατοικοῦσι, καὶ τοῖς ἐντὸς πᾶσιν. Primum autem omnium commemoremus, ſummam eſſe annorum novem millium, ex quo bellum exſti- tiſſe traditum eſt, inter eos omnes qui ultra Her- culis Columnas, & eos qui intra illas habitabant.*

ſtoriarum monumentis compertum, inſulas interire interdum ſive Oceani ſive terræ motus violentia; aſt ſunt illæ minores, nec rupibus munitæ, hinc facile fluctuũ vi ſubluuntur, donec tandem ſubmergantur prorſus; Quod de tanta continentis parte, aſſerere velle, ridiculum foret. Nec potuit tam vaſta regio ſine montium jugis ac rupibus eſſe, in quas Oceano vel nullæ prorſus vel pauciſſimæ tantum ſunt vires; hinc vero prorſus non eſt ſimile, eam fluctibus fuiſſe abſorptam terræque motu concuſſam, & quidem breviſſimo temporis, unius diei ſcilicet ac noctis ſpatio, quemadmodum Plato innuit.

§. 5. Sed exinde probare volunt, hanc terram Platonicam adhuc hodie ſuperſtitem, ac eam regionem eſſe quam Americam vocamus. Perhibent enim, commercia mutua cum Atlantidis inſulæ incolis ſequentibus ævis fuiſſe interrupta, nec navigationes in eos tractus continuatas, hinc exortum illum rumorem, eamque fabulam; hanc inſulam terræ motu ac maximis diluviis prorſus interiiſſe, indeque innavigabile factum mare Atlanticum. At enim vero, tradit Plato, Reges maximæ hujus Oceani Occidentalis inſulæ imperaſſe univerſo fere terrarum orbi, & Africæ & Europæ multisque inſulis aliis; Jam vero, quare hi potentiſſimi Principes non continuaſſent ſua dominia, quare deſeruiſſent ampliſſimas terras ſibi ſubjectas nulla cogente neceſſitate, nec unquam rediiſſent? Certe ſi vel maxime Veteris Orbis incolæ hanc celebratam Platonis terram petere deſiiſſent, quod vero credibile non eſt, cum nullis non, teſte Platone, fuerit notiſſima; ſine dubio tamen inſulani hi rediiſſent, ſuosque conſervaſſent ac ſtabiliſſent,

quos

quos habebant in his terris, dominatus. Fuerunt enim & rei nauticæ & bellicæ artis peritiſſimi, ut opulentia potentiaque horum Regum Platoni ſatis laudari non poſſit. Apparet quoque exinde, Atlanticam hanc inſulam non eſſe Novum Orbem, quoniam ingentem Elephantum copiam aluiſſe dicitur, (c) cum tamen horum nullos in America reperiri ſatis conſtet. Architecturam ac ædificiorum regias moles terræ ſubmerſæ celebrat Plato, ac templa aliaque opera narrat admirandæ ſtructuræ; ſed barbaræ Americanæ Gentes vel nullam prorſus vel exiguam admodum, adventantibus Europæis habuerunt ædificandi peritiam, nec ullum unquam inſanæ ejusmodi ſubſtructionum molis veſtigium fuit repertum, uti Regia à Platone deſcribitur. Imo ſi totam Platonis perlegamus Critiam, atque ad examen revocemus, nil niſi figmenta deprehendemus, & ideam quandam Reipublicæ, quæ nunquam exſtitit.

§. 6. Hinc Atlantidem Inſulam nunquam fuiſſe, adeoque nec hodie ſupereſſe poſſe mihi perſuaſum eſt; ſed excogitatam à Platone, uti ejusmodi multas habemus fictas respublicas. (d) Pateret hoc ſine dubio

(c) Ἐλεφάντων ἦν ἐν αὐτῇ γένος πλεῖστον. *Elephantum in illa ingens copia erat.* Plato in Critia pag. 1104.

(d) Sic poſt Platonem fictæ cujusdam reipublicæ formam exhibet Thomas Morus, celeberrimus ille Angliæ Cancellarius, in *Utopia* ſua ſæpius recuſa: Thomas Campanella *Dialogum Poeticum ſive civitatem Solis* edidit, in quo itidem imaginariam rempublicam exhibet,

dubio clarius ſi integrum haberemus Platonis Critiam ſeu de Atlantico Dialogum, cujus pars temporum injuria periit. Athanaſius quidem Kircherus

Recuſus eſt Ultrajecti anno 1643. in 12mo. Sub nomine Lucii Cornelii Europæi *Monarchia Solipſorum* circumfertur, qui liber primum Venetiis lucem aſpexit, poſtea vero cum clave onomaſtica in Belgio 1648. recuſus eſt. Multi hunc fœtum Scioppio attribuunt, aſt verus auctor Inckhoferus eſt, Jeſuita Germanus. Ingenioſiſſimum etiam eſt ſcriptum, quod inſcribitur: *Mercurii Britannici mundus alter & idem, ſive Terra Auſtralis antehac ſemper incognita, longis itineribus peregrini Academici nuperrime luſtrata.* Auctor eſt Joſephus Hallus, Epiſcopus primum Oxonienſis, deinceps Norvicenſis, ſi Thomæ Hyde, *Biblioth. Bodlej. pag.* 319, credimus, quanquam alii illud ipſum Alberico Gentili adſcribunt. Prodiit una cum *Thomæ Campanellæ Civitate ſolis & Nova Atlantide Franciſci Baconis de Verulamio* 1643. in 12. Sed omnia ejusmodi ſcripta longo intervallo poſt ſe relinquit elegantiſſime conſcriptus liber, qui titulum habet: *Hiſtoire des Servarambes, peuples qui habitent une partie troiſieme continent communement appelle la terre Auſtrale* &c. Editio quam poſſideo, prodiit Amſtelodami 1702. 2. vol. in 8. In Germanicum etiam tranſlatum eſt idioma ac anno 1689. in 4. typis exſcriptum. Illuſtris Thomaſius celebrem

tus (e) hanc inſulam & exſtitiſſe & periiſſe credit, ejusque reliquias in inſulis quærit, quas hodie Azores & Canarias vocamus, inter has ſitam fuiſſe Atlantidem autumat; ſed ad ſingula ejus argumenta reſpondere velle, noſtri non eſt inſtituti, ſufficit nobis, Americam non fuiſſe, quod hic probandum ſumſimus.

CAPUT III.

SUMMARIA.

Num America Virgilio fuerit cognita §. 1. *Quod negatur, & eum Æthiopiam intellexiſſe probatur* §. 2. *Æthiopia unde dicta. Eſt duplex, altera occidentalis, de qua Virgilius loquitur* §. 3. *Altera orientalis, quæ teſtimoniis demonſtratur.* §. 4.

§. 1.

MUlto autem minus iis aſſenſum præbere poſſum, qui Auguſti Romanorum Imperatoris ævo novum orbem Italiæ incolis fuiſſe notum ſibi per-

quendam Gallum, Monſieur d'Allais auctorem eſſe refert, ac de ejus vita ſingularia quædam recenſet in den freymüthigẽ jedoch Vernunfft- und Geſetzmäſſigen Gedancken menſ. Novembres anni 1689. p. 963. ſeqq. Ut nunc de *novis Solymis* aliisque fictis Rebuspublicis nihil dicam, de quibus legi meretur Georg. Paſchius *de Variis modis Moralia tradendi* Cap. II. §. 41. ſeqq.

(e) Mund. Subterrere: *Lib. II. c. XII.*

perſuadent, illudque ex Virgilio Marone probare annituntur. (a) Verba Poëta quæ adducuntur ſequentia ſunt (b)

Jacet extra ſidera tellus,
Extra anni Solisque vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum.

His verbis Poëtam intellexiſſe Americam ejusque imperium atque dominatum prædicere voluiſſe Augusto Imperatori nonnulli perhibent. Sed unde probare velint hanc ſuam ſententiam non video, Omnibus enim deſtituuntur argumentis; imo ipſa Poëtæ verba huic contradicunt opinioni. Atlantis enim notiſſimi illius montis fit mentio, quem in memorata terra ſitum eſſe Virgilius expreſſe aſſerit, hunc autem non in America ſed Africa quærendum eſſe, nemo non novit.

§. 2. Crederem itaque ego per dictam tellurem Poëtam Æthiopiam indigitare voluiſſe; hanc extra ſidera, extra anni Solisque vias jacere tradit, quoniam ultra lineam Tropicam cancri occidentem verſus, & ita extra Zodiacum ſita eſt. Quem anni Solisque viam appellat, ex veterum Aſtronomorum ſententia, qui annuum Solis circulum in Zodiaco eſſe credebant. Quæcunque igitur regiones Zodiacum

---

(a) Vid. Jacobi le Moyne *Brevis enarratio eorum, quæ in florida Americæ Provincia Gallis acciderunt ſecunda in illam navigatione Duce Renato de Laudonniere claſſis Præfecto. anno* 1564. Prodiit Francofurti 1591. apud Wechelum.

(b) *Lib. VI. Æneid.*

cum excedebant, ea extra ſidera eſſe dicebantur, non quod ſideribus prorſus non ſubjaceant, ſed quod non ſint ſub duodecim ſignis Eccliptic æ. Eôdem modo de Æthiopia Lucanus canit:

Æthiopumque ſolum, quod non premeretur ab illa
Signiferi regione Poli, niſi peplite lapſo
Ultima curvati procederet ungula Tauri.

§. 2. Nolo hic inquirere, unde nomen acceperit Æthiopia; græcam eſſe vocem, & compoſitam ex αἴθω *ardeo* ſeu *cremo* & ὤψ *vultus* multi credunt, quia ſolis æſtu in hac regione quaſi torreantur hominum facies; (c) Plinius vero ab Æthiope Vulcani filio ſic dictam refert. (d) Quicquid ejus ſit, hoc ſaltim hic prætermittendum non eſt, duplicem veteribus fuiſſe

 dictam

(c) Notatu dignum eſt, quod doctiſſimus Pechlinus in Tractatu de *Habitu & colore Æthiopum cap. VII.* refert, ſe deprehendiſſe in cadavere cujusdam Æthiopis corpus aliquod mucoſum & reticulare nigro colore, inter cutim & cuticulam collocatum, quod per cuticulam transluceat atque nigri coloris cauſa ſit. Unde ratio dari poteſt, quare idem Æthiopum habitus in nepotibus & pronepotibus in noſtris quoque tractibus permanet, qui ſine dubio mutaretur, ſi à ſolis æſtu ortum haberet. Confer. Becmanni *Hiſtoria Geographica & Civilis Sect. II. §. XVII. p. 373. ſeqq.*

(d) *Hiſtor. Natural. Lib. VI. cap. XXX. p.* 101. edit. Froben. *univerſa vero gens*, inquit, *Ætheria appellata eſt, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Æthiope Æthiopia.*

dictã Æthiopiam, Orientalē atque Occidentalem, ut præter Homerum (e) teſtatur Strabo. (f) Hanc vocabant plagam Africæ occidentalem, quæ & Mauritani dicta. Terminabatur à Meridie Atlante minore, qu limes fuit Mauritaniam inter atque Gætuliam; al occaſu Oceano Atlantico, ab Atlante monte denominato. Ortũ verſus flumine Malvaham circumſcripta erat, quod Mauros à Numidis diſcernebat, à Septentrione vero Fretum eſt Herculeum ſeu Gaditanum. Hanc Æthiopiam jugo Atlantico adjacent intelligit Poëta citato loco, Romanis admodum notam, quippe quam ſuæ ditioni ſubjecere. De eadem hac terra idem ait (g)

Oceani finem juxta, ſolemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus eſt, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum.

Hanc Æthiopum regionem occidentem verſus credebant eſſe ultimam, quia nec Canariarum (h) nec alia-

---

(e) Odyſſ. α. p. 1384. edit. quæ cum Euſtathii commentar: prodiit, Romæ 1542 3. vol. in fol. quam poſſidet celeberrimus noſter Weberus in inſtructiſſima ſua Bibliotheca.

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ᾽ ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

(f) *Lib. I.*

(g) *Lib. IV. Æneid.*

(h) Inſulæ Canariæ demum anno 1346. à Joanne Bentacutio nobili Gallo ſunt detectæ.

aliarum inſularum occidentalium habebant noti-
tiam, quæ recentiori ævo demum detectæ ſunt.

§. 4. Alteram Æthiopiam orientalem vocabant, quæ non ſolum eam Æthiopiam complectebatur, quam Nilus interluit, ſed etiam magnam partem Aſiæ inprimis mari rubro adjacentes terras comprehendebat, imo in Chaldæam usque & Æthiopiam priſci extenderunt. Sic Tacitus (i) Judæos Æthiopum prolem fuiſſe perhibet; eos tamen è Chaldæo Abrahami patria ortum traxiſſe nemini latere poteſt. Strabo (k) etiam tradit, Phœniciam à quibusdam vocari Æthiopiam; Homero (l) & Sidonii & Erembii Æthiopum nomine veniunt, Erembi autem Arabiæ incolæ antiquitus vocabantur. (m) Æthicus (n) fluvii Tigridis fontem in Æthiopia collocat, qui tamen, uti notum, in Armenia majori ortum ſumit, Verba auctoris hic adponemus: *Fluvius Tigris*, inquit, *etiam ipſe de monte Caucaſo quaſi viſitur, cum æſtivis temporibus ſub humo eum deſuper Æthiopiam currere ex viriditate ſuperni ceſpitis prodatur.* Regio illa, quæ Hebræis nomine כוש *Cush* dicitur, à ſeptuaginta Interpretibus ſemper Æthiopia redditur. Et quia Moſes ex hac regione uxo-
rem

(i) *Lib. V. Hiſtor.*
(k) *Lib. I.* ἐισὶ δ᾽ οἱ καὶ τὴν Ἀιθιοπίαν ἐις τὴν καθ᾽ ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι.
(l) Odyſſ. α Ἀιθίοπας θ᾽ ἱκόμην, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.
(m) Strabo *Lib. I.* Ἐρεμβοὺς οὓς ἐικὸς λέγειν Τρωγλοδύτας Ἄραβας.
(n) in *Coſmographia.*

rem duxit, hæc Æthiopiſſa dicta fuit, quamvis ipſ
terra *Cush* ſit pars Arabiæ. Sagri etiam vel Zagi
trans Tigridem incolæ Heſychio vocantur Æthio
pes; (o) quemadmodum & Suſianæ regionis inco
læ olim Æthiopibus fuerunt adnumeratæ. Memno
enim, qui in Auxilium Priami ad bellum Trojanun
venit, Æthiopum Rex ab Heſiodo (p) vocatur, cun
tamen Suſiana provincia Perſiæ ſint contermina, eſt
que illa, quæ hodie Chuſiſtan ſeu Cuſiſtam vocatur
Pindarus (q) itidem hanc Memnonem Ἀῶς παῖδ
Αἰθίοπα appellat. Hinc omnino in veterum monu
mentis fundatam eſſe diſtinctionem inter Æthio
piam Aſiaticam & Africanam ſeu orientalem & oc
cidentalem cenſeo, quamvis eruditiſſimus Stolber
gius, hanc diviſionem inſolentem dicat, nec ulli ve
terum cognitam. (r) Adductis namque teſtimonii
contrarium quam clariſſime elucebit, ſimulque e
dictis conſtabit, deſcriptam à Virgilio terram no
fuiſſe novum orbem.

(o) Σάγραι ἔθνος Αἰθιόπων.

(p) *in Theogonia.*

Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν
Αἰθιόπων βασιλῆα.

(q) *Olymp. Od.* 2.

(r) *Diſput. de Hiſtoria in Phil. nat. p.* 4.

CAPUT

CAPUT IV.

SUMMARIA.

Apoſtoli num pervenerint in Americam? §. 1. | *Utrum Madocus? quemadmodum Angli perhibent, quod negatur ob varias rationes, etiam exinde, quia pyxidem nauticam nondum habuere* §. 2. *De cujus inventore agitur* §. 3. *Nicolaus & Antonius Fratres Zeni utrum Americam detexerint* §. 4. *Num Hiſpani ante Columbum eo pervenerint* §. 5.

§. 1.

ORdinis nunc poſtularet ratio, ut etiam inquireremus, utrum Apoſtoli in Americanas pervenerint oras, easque gentes docuerint ſalutis viam? Quia tamen hæc quæſtio Theologici eſt argumenti, merito quoque eam Theologis relinquimus decidendam. Certe ſi redemtionem pariter ac vocationem ad ſalutem ſtatuamus univerſalem, quemadmodum omnino ſtatuendum, concedendum quoque, unum ſaltem vel alterum, ſi non ex Apoſtolorum, tamen ex reliquorum Salvatoris noſtri diſcipulorum numero barbaras has gentes adiiſſe; iisque Chriſti Evangelium annunciaſſe. (a) Nec obſtat, quod nihil

(a) Vid. Röberi *Aſſertio de univerſali omnium hominum vocatione ad ſalutem; & ſelectim de difficili quæſtione: An Evangelium Apoſtolorum tempore ſit prædicatum in America & aliis novi Or-*

hil de his Apoſtolorum itineribus proditum ſit in Hiſtoriarum monumentis:à ſilentio enim Hiſtoricorum ad rei negationem argumentari non licet. Et quamvis largiamur, ex Apoſtolis neminem has terras adiiſſe, quippe quos omnes vel perſecutorum crudelitate, vel morte naturali his in noſtris veteris Orbis partibus diem obiiſſe ſupremum novimus; attamen negari nulla ratione poterit, quosdam vel ex ſeptuaginta diſcipulorum vel reliquorum primorum Chriſtianorum numero hos terræ tractus fuiſſe aggreſſos, eorumque incolis lætum de Chriſto nuncium attuliſſe. Qui ſalutis humanæ præcones dubio procul ductu quodam divino & revelatione cœlitus facta incognitas has regiones appulere, hinc eorum curſus incognitus manſit, nec aliis innotuit. Nulla quidem ſuperfuerunt Chriſtianæ religionis in his terris veſtigia, quando Europæi eo primum advenerunt; Sed temporum lapſu veræ religionis ſemina apud barbaras has gentes ſine dubio ſenſim ſenſimque perierunt, donec tandem prorſus ſunt exſtincta, quod eo facilius fieri potuit, quia maxime rudes populi ſcribendi artem ignorarunt, & ſic per traditionem dogmata ſua ad poſteros propagare fuerunt coacti, quo modo facile obliti ſunt omnia. Cumanenſes quidem crucem in magno habuerunt honore, ſed ne minima ipſis fuit Jeſu Chriſti notitia. Forſan quod crux tanquam ſignum externum ac ſenſus incurrens remanſerit, reliqua vero divinioris doctrinæ dog-

bis partibus? ubi Cap. VII. ex inſtituto arduam hanc quæſtionem pertractat, ac affirmantem ſententiam tuetur.

logmata ex hominum memoria lapſa.

§. 2. Sed progredimur ad tempora recentiora, bi eos adducemus, qui in Americam perveniſſe di-
untur. Et quidem Anglorum nonnulli perhibent, Madocum, Filium Guyneth, Fratrem Principis Wal-
æ ob interna Patriæ ſuæ diſſidia eam deſeruiſſe, ac irca annum 1170. in incognitas terras perveniſſe,
i quibus multa invenerit miranda. Has terras in-
ognitas fuiſſe Americanas regiones contendunt.
ddunt porro Madocum, relictis illic aliquibus è
uis, rediiſſe in Patriam, ac exinde decem navigia ho-
ninibus onerata ſecum in has terras abduxiſſe. Præ-
uiſſe Madocum his Wallenſibus, urbes ac pagos
ondidiſſe, atque fertiliſſimos coluiſſe agros. (b)
Vero ſimilem hanc reddere conantur relationem,
x aliquali convenientia Linguæ Wallenſis ac Mexi-
anæ; ſed hanc nihil probare jam ſupra cap. I. §. 9. di-
tum eſt, inprimis cum ea tam exigua ſit, ut vix ac
e vix quidem animadverti queat, qualem omnes
ere linguæ inter ſe habent. Montezumam, Regem
Mexicanum, confeſſum eſſe, ajunt, ſuos totiusque
opuli Mexicani majores fuiſſe exteros & è remotis
erræ tractibus eo delatos, hinc eos poſteros Ma-
doci & ceterorum Wallenſium eſſe quidam autu-
nant. Sum quidem perſuaſus Montezumæ Regis
arrationem veritate niti, ejusque majores è veteri
rbe in Americanas regiones perveniſſe, (nam alio-
quin duo ſtatuendi eſſent Adami,) ſed quod hoc
lemum ſeculo XII. factum, & quod fuerint è Wal-
ia in Americam tranſportati, hoc eſt, quod nego.

Quis

(b) *Vid. Appendix ad Itinerarium Herbeti p. 188.*

Quis enim credat, ſpatio trecentorum annorum, à ſeculo ſcilicet XII ad XV, quo tempore Europæi eo pervenerunt, hanc gentem omnem oblitam eſſe avi- tam religionem, linguam omnesque mutaſſe patrios mores, conſuetudines ac omnem vivendi modum. Quamvis enim concedam mutato climate & lin- guam & mores gentium mutari; hoc tamen tam exiguo temporis, trium ſcilicet ſeculorum, ſpatio ita fieri poſſe, ut priſcæ linguæ priſcorumque morum nulla remaneant veſtigia; mihi perſuadere non poſ- ſum: Crederem potius has Madoci navigationes prorſus eſſe vel fictas, vel in unam alteramve Ocean occidentalis inſulam fuiſſe inſtitutas. Fieri enim non potuit, ut homines eo tempore in tam remotas ter- ras navigationes inſtituerent; cum uſum pyxidis Magneticæ nondum haberent perſpectum; ſicut jam ſupra oſtenſum.

§. 3. Non equidem ignoro, multos eſſe eruditos viros, qui aſſerant, pyxidis Nauticæ uſum tum tem- poris jam fuiſſe cognitum. Probant illud è Poëta quodam Gallo, nomine Gujot de Provines, qui cir- ca annum 1180. vixit, hic enim, poſtquam de Polo Arctico verba fecit, ſubjungit:

Icelle Eſtoile ne ſe muet,
Un art font, qui mentir ne puet,
Par vertu de la marinette,
Une pierre laide & noirette,
Ou le fer volontiers ſe joint.

H. e. *Stella illa ſe non commovet,*
Ars eſt mentiri neſcia;
Virtute talis Marinettæ,
Lapidis tetri & nigricantis
Quo ferrum ſponte ſupplicat.

Pe

er Marinettam hic Pyxidem Magneticam intelle-
ſſe Poëtam, dubium non eſt. Imo in Arabum
riptis etiam deprehendere licet, anno Hegiræ 670.
ui annus Chriſti 1291. eſt, nautas Mecha ſolventes
er Mare rubrum in Herdi, uti Indiam vocant, pro-
ciſcentes, inſtrumentum quoddam Magneticum
abuiſſe, quod Canopum, ſidus illud auſtrale, ſem-
er monſtraſſet; Hinc inficias ire non poſſum, jam
iqualem circa finem ſeculi XII. innotuiſſe acus ma-
eticæ uſum in arte navigandi. Exigua tamen erat
æc noticia ac valde imperfecta, nec ita comparata,
maxima itinera per vaſtum oceanum Magnetis
uctu aggredi mortales fuerint auſi. Nam & ad-
uc tum temporis littorum ductu curſum dirige-
ant, quemadmodum illius ævi hiſtorica Monu-
enta ſatis ſuperque teſtantur. Donec tandem cir-
a annum 1300. Ioannes Goia, Patria Amalphenſis
atione Italus, præſtantiſſimum hunc uſum pyxidis
auticæ introduceret, atque notum omnibus redde-
et.(c) Crevit deinceps magis magisque Ars Nautica
C & im-

(c) Voſſius *de Scientiis Mathemat. Cap.* 4. Alexander Sardus eum Flavium Campanum vocat, *de Inventoribus Rerum Lib. II. p.* 48. *Magnetem lapidem*, inquit, *olim inventum in Lydia monte à Paſtore Magnete, vel à Perſis, in Pyxide poſuit Flavius Campanus, ex oppido Amalphio, ut ſemper Septentrionibus cognitis nautæ, quo vellent, curſum dirigerent.* Cui quoque aſſentitur Henricus Salmuth, in *notis ad Pancirolli Rerum Memorabil. Lib. II. Tit. XI. p.* 236.

& immenſum cepit incrementum poſtquam Sebaſtianus Cabottus & Gonzalus de Oviedo declinationem acus magneticæ obſervarunt, ac reliquorum Phænomenorum certe curioſiſſimorum detectioni anſam dederunt. (d) Unde factum, ut navigandi peritia illud perfectionis culmen attigerit, quale eam hodie attigiſſe videmus. Hinc noſtri homines audaciores facti, nulla extimeſcunt pericula, nullos ventorum impetus. Sed immenſum tranant Oceanum, & remotiſſimos terræ tractus, feli-

---

Alii ejus inventorem credunt Marcum Paulum Venetum, qui anno circiter 1260. Pyxidem hanc invenerit; alii Gallis hunc inventionis honorem tribuunt; Plurimi tamen Hiſtoricorum vel Ioanni Gojæ, vel Flavio Amalphitano eum adſcribunt. Forte Joannes Goja inchoavit, Flavius vero perfecit pyxidem nauticam. Pancirollus l.c. incertum autorem eſſe perhibet. *Reperta*, inquit, *hæc (pyxis nautica) fuit in Melphi, Campaniæ civitate, quæ hodie Terra di Lavor nuncupatur, ut voluit Blondus in Italia illuſtrata, ubi de Campania tractat in fine. Ejus tamen auctor ignoratur.* Confer. Riccioli *Geograph. & Hydrograph. Reformat. Lib. X. Cap. XIIX. p.* 473. *ſeqq.* & ibidem citati auctores.

(d) Auctores, qui declinatione & variatione Acus Magneticæ ſcripſerunt, vide apud Ricciolum l.c. *Lib. VIII. Sectione II. Cap. XII. p.* 337. ſeqq. ubi multa quoque hac de re affert lectu jucunda ac notatu digna.

liciori adeunt ſucceſſu, atque ex iis divitias, aro-
ata & alias navigationibus ſuis advehunt merces,
uod olim non fuerunt auſi.

§. 4. Sunt etiam alii, qui Nicolaum & Antonium
enos Fratres, nobiles Venetos, primos fuiſſe, ferunt,
ui novum orbem detexerint. Hi enim Anno
90. auſpiciis Zichimi ſeu Zichini Frislandiæ Regis
vigiis ſuis terram Laboratoris adiiſſe, & cum ejus
colis commercia inſtituiſſe, dicuntur. At enim
ro ſemper ſuſpectam habui hanc narrationem:
am quis ille fuit Zichimus? Ubinam ſitum Fris-
ndiæ Regnum, vel inſula? Juxta Yslandiam non-
lli Geographorum veterum hanc Frislandiam col-
cant; ſed nulla ibi hodie conſpicitur inſula tantæ
agnitudinis, ac Frislandia deſcribitur; niſi forſan
roenlandiæ partem eſſe dicas; hinc fruſtra à nau-
noſtris quæſita fuit. Quare fictam inſulam eſſe,
to. Præterea de nominibus horum Zenorum, de
mpore, ac ceteris circumſtantiis non conveniunt
ſtorici. Nonnnulli eos Nicolaum & Antonium
cant, alii vero Nicolaum & Franciſcum appellant.
terus (e) anno 1390. hos fratres Americana
ora appuliſſe ait; Moriſotus (f) vero anno 1381.
factum fuiſſe contendit, quem & Ricciolus (g)
quitur, qui addit, jam anno circiter 1340. quosdam
islandiæ piſcatores eò penetraſſe. Aſt quis cre-
ret, linteribus ac remunculis ſuis piſcatores Océ-
um glacie fere ſemper obductum transvehere po-
C 2 tuiſſe?

) *in Relationibus Lib. V.*
) *Orbis Maritimi cap.* 34.
) *Geograph. Reformat. Lib. III. Cap. XXII. p.* 93.

fuiſſe? Cum illud à navibus primæ magnitudin
vix, ac non niſi maximo periculo maximaque diff
cultate fieri queat.

§. 5. Hiſpani ut ſibi gloriam detectionis novi o
bis arrogarent, fingunt, Navarchum quenda
Hiſpanum ventorum impetu à curſu ſuo abreptu
maris Atlantici fluctibus ſuperatis ad Americæ litt
ra appuliſſe. *Navis quadam*, inquit *Marian* (e) *in Africa commercio occupata ſuperiorioribus a nis, ventorum violentia abrepta, ad ignotas terr & littora appulit. In reditu vectoribus & nau fame extinctis, Navarchus cum tribus aut quatu ſociis Maderam inſulam, quæ in ditione Luſitan rum erat, tandem tenuit, mortuo quam viventi milior. Agebat forte in illa Chriſtophorus Colu bus, natione Ligur. (nam & uxorem in Luſitan duxerat) ingentis animi vir, ſingulari induſtr quod erat præcipuum, rei nauticæ inprimis perit Excepit is hoſpitio Navarchum, qui longinquæ na gationis laboribus fracto corpore, brevi extinct commentaria quæ de tota navigatione confecer Columbo reliquit.* Hinc commotum fuiſſe Colu bum, ait, ut de itinere in ignotas has terras in tuendo ſerio cogitaſſet, quod felici eventu tand peregerit. Navarchi hujus nomen Mariana ſi tio involuit, nonnulli eum Alphonſum Sanchez Huelva, alii Aldretem Hiſpanum, alii Garcilam gam vocant. (f) De patria dicti Navarchi itic hi

(e) *De rebus Hiſpaniæ Lib. XVI. Cap. III.*

(f) Confer. Becmanni *Hiſtoria Geograph. & C Cap. VI. Sect. III. §. 5. p. 273. ſeq.*

hiſtoricorum relationes differunt; ſunt enim non-nulli, qui eum è Vandalitia, ſeu, ut hodie vocatur, Andaluſia ortum fuiſſe dicunt, alii vero Biſcayam Provinciam ipſius natale ſolum perhibent. E quibus diverſis narrationibus ſibique invicem contradicentibus, facile apparet, fabuloſa eſſe omnia, quæ de hujus Hiſpani Navarchi itinere in novum orbem commemorantur. Hinc merito hæc relatio tanquam falſa reiicitur, videtur enim ficta ex Hiſpanorum æmulatione, tantæ inventionis gloriam extraneo invidentium.

CAPUT V.

SUMMARIA.

Martinus Bohemus ſeu Behaimus verus Americæ inventor. §. 1. *Ejus natales & educatio.* §. 2. *In Belgium proficiſcitur ac in Aula Iſabellæ moratur.* §. 3. *Navigium nactus, incognitas terras quærit, ac Inſulas Flandricas reperit.* §. 4. *Tandem & novum orbem invenit ac Fretum Magellanicum.* §. 5. *Quod probatur.* §. 6.

§. 1.

TAndem vero tempus appropinquavit, de quo magnus ille Philoſophorum princeps Seneca, vi quadam vaticinandi, ceciniſſe videtur, dum ait: (a)

 Venient

(a) *In Medea Tragoedia Act. II. in fine p.* 474. edi-

Venient annis ſecula ſeris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus,
Thetysque (b) *novos detegat orbes;*
Nec ſit terris ultima Thule.

Quod enim tempora priora non viderunt, illud d‹ mum ſeculo poſt Chriſtum Natum decimo quint‹ obſtupente orbe antiquo, accidit, dum divin‹ Heros Martinus Bohemus ſeu Behaimus, præte vectus Oceani hactenus noti terminos primus inſ‹ las, quas vocant, Azores detexit, mox ipſa Americ incognita littora adiit, & ad fretum usque, cui p‹ ſtea à Magellano nomen inditum, pervenit.

§. 2. Erat ille ex antiquiſſima Noribergenſiu familia Behaimorum ſcilicet de Schvvartzbach (‹ oriundus, quæ ex Bohemia ortum ſuum deſumi & jam à ſeculo poſt Chriſtum Natum decimo N‹ ribergam inhabitat, ibique noſtro adhuc tempo maximopere floret. Parentibus fuit natus Pat quidem Martino Behaimo, Matre Agnete Scho

pe‹

---

tionis, quæ cura Jo. Friderici Gronovii pr diit Lugd. Batav. 1661. in 8. ex officina Elz viriana.

(b) Ita pro *Tiphysque* legendum eſſe, cum Gr novio ſentio.

(c) Habitavit hæc inclyta familia quondam Schwartzam Bohemiæ amnem, & in Schwartzbachia dicta eſt. Cum vero ſec‹ IX. Chriſtianam amplexa eſſet Religionem Bohemia migrare coacta fuit; & Noriber‹ ſedem fixit, à cujus urbis incolis à Patria ‹

peria, qui omnem dederunt operam, quo recens hic natus filius ita educaretur, quemadmodum & generis ſplendor & ſingulare prorſus noſtri Martini ingenium id poſtularet, quod teneris adhuc annis ſatis ſuperque elucebat. Hinc ab incunabulis bonis artibus imbutus, omnes, quotquot ipſius egregias animi dotes perſpectas habuere, in admirationem rapuit. Præſertim vero ſcientiis Mathematicis, inprimis cœli ſiderumque doctrinæ, labores ſuos dicavit, in iisque tantum profecit, ut orbis exſtiterit miraculum.

§. 3. Ita ad magna peragenda præparatus Belgiũ

Bohemia, Bohema ſeu Behaima dicta fuit, quod cognomen etiamnum hodie retinet. Reliquit vero Bohemiam tempore Drahomiræ & Boleslai, quippe qui graviſſimis perſecutionibus Chriſtianos opprimere allaborabant: Boleslaus enim omnibus Chriſtianis ac præcipue ſacerdotibus, quicunque ſponte ſua Bohemia non excederent, carcerem cædemque denuntiavit. Adjecit mater Drahomira filio adhuc ſævior mandatũ, ne interfecti Chriſtiani terræ mandarentur, ſed eſca canibus avibusque dilanianda relinquerentur. Quo crudeli territi edicto, plurimi hinc & inde diffugerunt, & in varias Europæ regiones diſſipati ſunt: Multi vero comprehenſi & variis mortis generibus ſunt affecti. Vid. *Annales Gentis Bohemicæ.* Dubravius *Hiſtor. Bohem. Lib. V. p. m.* 138. Boxhorn. *Hiſtor. Univerſ. pag.* 534. *ſeqq.* confer. Wagenſeilii *Sacra Parentalia* p. 2. ſeq.

adiit, cujus clavum tum temporis Iſabella Joannis I. Luſitaniæ Regis filia, Philippi III. Burgundi, cognomento boni, Vidua regebat. In ejus aula Martinus quamvis adhuc immaturus ætate omnium ſibi conciliavit amorem benevolentiamque. Cumprimis vero ob multifariam eruditionem, rerum Mathematicarum notitiam ac incredibilem rei maritimæ ac artis navigandi peritiam Iſabellæ meruit propenſionem. Cui cum deſiderium ſuum ignota maria perſcrutandi detexiſſet, facile navigium quoddam impetravit quo nondum detectas terras adire decrevit; & ita magna ſpe indutus vela ventis commiſit.

§. 4. Direxit curſum ſuum verſus ſolis occaſum & fluctuum procellarumque impetu diu multumque vexatus, tandem Fagalem (d) Inſulam primus reperit. Erat illa ea ætate adhuc inculta quidem nec habitata, nihilo tamen ſecius amœna & fertiliſſima. Mare Iuſulam alluens ingenti piſcium copia laborabat, ſitus ad pertractanda commercia videbatur aptiſſimus, hæc & arborum abundantia Flandros Martini ſocios alliciebant, ut neglecta patria in his novis terris & vivere & mori velle decernerent. De hoc Flandrorum animo certior facta Iſabella eum approbavit, ducemque ac moderatorem noſtrum conſtituit Martinum, qui rebus ſacris pariter ac profanis præeſſet, easque pro ſua dexteritate ordinaret. Huic mandato cum ille morem geſſiſſet, atque nonnullas

(d) Eſt hæc Fagalis Inſula, una ex Azoribus, ſatis parva quidem ſed hodie bene culta ac habitata, ita ut præter aliquot caſtra diverſos etiam pagos in ſe contineat.

nullas novas è Belgio nactus eſſet naves, non ſolum ceteras inſulas Flandricas detexit; quas nomine Luſitano de los Azores (e) vocavit, ab incredibili Accipitrum ibi nidificantium multitudine; ſed & majores adhuc terras occidentem verſus exiſtere eſt ſuſpicatus.

§. 5. Ardor intentatas has regiones viſendi totum cepit Martinum, hinc duo aſſumſit navigia, omni rerum neceſſariarum apparatu inſtructa, & ſolvens ex inſula Fagali immenſum Oceanum Atlanticum tranavit, & poſtquam non exiguum temporis ſpatium & ventorum & maris violentia agitatus oberraſſet, continentem alteram, quæ hodie Americæ nomine venire ſolet ante Chriſtophorum Columbum invenit, quid? quod! & ipſum Magellanicum Fretum ſuperavit. Delineaverat hæc omnia Martinus noſter in tabula quadam Geographica, prout hujus artis erat peritiſſimus, eamque poſt reditum ſuum Regi Luſitaniæ Alphonſo V, Iſabellæ ex

 fratre

(e) *Azores* enim Luſitano idiomate *accipitros* notat. *Flandrica* vocantur à *primis* inventoribus, quorum Dux erat Martinus Bohemus, hinc & Batavi eas Vlaemſche Eylande vocant. Sunt numero novem, *Tercera*, *S. Mariæ*, *S. Michaelis*, *Gratioſa*, *S. Gregorii*, *Pici*, *Fagalis*, *Florum* & *Corvi*, media via Europam inter & Americam ſitæ & poteſtati Luſitanorum ſubjectæ. Solum fertiliſſimum eſt, & Glaſti ibidem invenitur copia ingens: Boves quoque harum inſularum ob pinguedinem in magno pretio habentur, vid. Linſchott. P. II. cap. VI. p. 93.

fratre Eduardo Nepoti, obtulit, quam poſtea Chriſtophorus Columbus, cum in Portugallia degeret, vidit, animumque cepit novas has regiones adeundi, quemadmodum ex infra dicendis clarius patebit. Innuit hoc Io. Baptiſta Ricciolus (f) dum *Chriſtophorus Columbus*, inquit, *ex Paleſtrella ſtirpe Placentina oriundus & poſtea Liguriæ incola, cum prius in Madera Inſula, ubi conficiendis ac delineandis chartis Geographicis vacabat, ſive ſuopte ingenio, ut erat vir Aſtronomiæ Coſmographiæ & Phyſices gnarus, ſive indicio habito à* Martino Bohemo, *aut, ut Hiſpani dictitant, ab Alphonſo Sanchez de Helva nauclero, qui forte inciderit in Inſulam poſtea Dominicam dictam, cogitaſſet de navigatione in Indiam occidentalem* &c. Fretum quoque Magellanicum ipſum detexiſſe, diximus, quod Hieronymus Benzonus negare non audet; in Hiſtoria enim ſua, de reperta India Occidentali (g) hæc ejus verba ſunt *Hujus Freti obſervatio Magellano tribuenda eſt, nam reliquarum navium præfecti, fretum eſſe negabant, & ſinum duntaxat eſſe cenſebant. Magellanus tamen fretum iſtic eſſe norat, quia, ut fertur, in charta marina adnotatum viderat, deſcripta ab inſigni quodam nauclero, cui nomen* Martinus Bohemus, *quam Luſitaniæ Rex in ſuo Muſeo adſervabat.*

§. 6. His ſuis itineribus tantam ſibi nominis celebritatem comparavit Martinus, ut Maximilianus I. Impe-

(f) *Geographiæ & Hydrograph. Reform. Lib. III. Cap. XXII. pag. 93.*

(g) *Tom. IV. Americæ Theodori de Bry.* Deſcriptio ac Hiſtoria hujus Freti Magellanici exhibetur

Imperator de eo dixerit: Martino Bohemo nemi-nem imperii civium majorem unquam exſtitiſſe peregrinatorem, remotioresque orbis adiiſſe regio-nes. Et quo peregrinationum ſuarum exſtaret cla-riſſimum monumentum, globum terreſtrem perfe-cit Martinus, in quo itinera ſua & ſimul Americanas Inſulas, hujusque continentis littora cum Freto Magellanico adumbravit, eamque filio ſuo reliquit, quem inclytam Behaimorum gentem adhuc hodie ſervare, ab amico quodam mihi relatum eſt. Nec eſt, quod de hac relatione dubitemus; omnia enim ea, quæ de hoc noſtro Bohemo ſunt enarrata, ex Archivo, uti vocant, publico Reipublicæ Noriber-genſis ſunt depromta. Habent enim Proceres hujus civitatis antiquiſſimum volumen membranaceum, in quo Patritiorum origo, ſtemmata, res geſtæ com-memorantur, in cujus folio 119, ea quæ hic adduxi-mus, referuntur. Annalium quoque Noribergen-ſium Manuſcriptorum Tom. I. fol. 385. eadem ex-ponuntur, quibus tanquam monumentis publicis fides haud eſt deneganda. Confer. *Wagenſeilii Sa-cra Parentalia* p. 19.

CAPUT

---

in *Appendice Theatri Ortelii & Atlantis G. Mercatoris*, quæ Amſtelodami 1631. apud Gui-lielmum Blaeuw in fol. prodiit.

CAPUT VI.

SVMMARIA.

Columbum certiſſimam habuiſſe orbis novi notitiam probatur (I) E conſenſu Hiſtoricorum §. 1. (II.) *Quia Portugalliæ Regi primum inſtitutum novas terras inveſtigandi expoſuit, quem jam earum habere notitiam, ſcivit.* §. 2. (III.) *Quia cum Genuenſibus nihil hac de re communicavit* §. 3. (IV.) *Ex incredibili ejus hoc in negottio conſtantia & ſingulari pertinacia* §. 4. (V.) *E fallaciſſimo argumento, quod de ventorum flatu deſumſit, & qu terras transmarinas exiſtere probare voluit* §. 5 (VI.) *Quia in Hiſpania naves nactus recta via nullis ambagibus, iter ſuum verſus inſulas Americanas inſtituit* §. 6. (VII.) *Quia diſtantiam novi à vetere orbe accurate perſpectam habuit* §. 7 *Et demum concluſio opuſculi* §. 8.

§. 1.

CErte Chriſtophorum Columbum jam ante expeditionem ſuam de novo orbe ejusque ſit à nauclero quodam hauſiſſe notitiam uno fere or fatentur Hiſtorici, quemadmodum è Mariana *d Rebus Hiſpaniæ* aliisque ſupra citatis auctoribus ſati liquet. Teſtatur etiam illud præter Oſorium & Petrum Ciezam, Indicarum Rerum ſcriptores diligentiſſimos, Franciſcus Lopez de Gomara, (a) is enim *Nau*

(a) *Parte II. Hiſtoriæ Generalis Indicæ.*

Nauclerus quidam, inquit, *in Oceano noſtro celoce navigans , flante diu & vehementer Apeliote raptus, quum vento obſequi ei neceſſe eſſet, in regiones incognitas delatus eſt, quæ neque in Coſmographicis ullis tabulis notatæ, neque in indicibus navigatoriis exſtarent. Inde ægre in Hiſpaniam reverſus, tribus tantum aut quatuor nautis ſuperſtitibus, in ipſo portu morbo exſtinctus eſt, quem ex miſeria, fame, ſiti, ceterisque in tam longa navigatione perpeſſis malis, contraxerat : neque ullam aut nominis aut patriæ ſuæ memoriam reliquit. Quanquam ne id quidem ipſius culpa accidiſſe putandum eſt, ſed aut quorundam malitia , aut ejus invidia, quam Fortunam vocant. Eum nonnulli Turdetanum ſeu Vandalum fuiſſe tradunt, ac tum mercaturas factitare ſolitum in Canariis inſulis & Madera, quum ei longus ille & exitialis error obtigit. Alii Cantabrum ferunt, in Anglia & Gallia negotiantem. Sunt etiam qui Luſitanum fuiſſe contendant, qui tum ad Minam (ut vocant) vel Indiam navigaret , aut inde rediret, quod quidem commode quadrat nomini novis hiſce terris impoſito. Præterea dicunt nonnulli Nauclerum iſtum Caravella una appuliſſe in Portugalliam : alii in Maderam, aut aliquam Heſperidum : nemo tamen ea de re certi & explorati quidquam affirmat. Omnes tantum in eo conſentiunt , quod videlicet Nauclero illo apud Chriſtophorum Columbum exſtincto , penes eum defuncti hoſpitis adverſaria, chartæ & indices omnes remanſerint, atque in iis relatio tam longinquæ navigationis cum deſignatione Paralleli & Climatis ejus oræ tum primum repertæ.* Ita eſt, conſentiunt fere omnes Hiſtorici Columbum à quodam

dam Nauclero de novo orbe ejusque ſitu, climate, &c. certiorem factum eſſe; ſed quis ille fuerit nauclerus, quæ ejus patria, quod nomen vel ignorant, vel ambigunt. Nos eum Martinum Bohemum fuiſſe Patria Noribergenſem, natione Germanum ſuperiore Capite probavimus. Ex hujus tabulis indicibusque in Luſitania relictis ſuam de novo orbe notitiam deſumſit Columbus.

§. 2. Hinc etiam factum, ut ſuum novas, easque ingnotas terras adeundi deſiderium Luſitaniæ Regi primum declararet; non vero Genuenſibus, in quorum tamen ditione natus pariter ac educatus erat. Perſuadebat enim ſibi, ſe ab Alphonſo Portugalliæ Rege facile impetraturum omnia ea quæ ſuo itineri inſervire poſſent. Quoniam enim nullus dubitabat, Regem Portugalliæ expeditionis noſtri Martini ſupra à nobis memoratæ habere notitiam, ſpem fovit, fore, ut aures ſuis precibus benignas Rex præberet. Hinc eum ſupplex adibat, rogans ut ſibi naves nonnullas commeatu & armis neceſſariis inſtructas tradi jubeat: ſe vero fidem ac jusjurandum daturum, velle tam diu in Occidentem navigare, quoad ditiſſimas illas auri gemmarumque ac aliarum deliciarum, quibus pretium eſt, provincias inveniret. Et negari non poteſt Regem initio cupidinem inceſſiſſe, Columbo neceſſarios concedendi ſumtus, quo is, quod promiſerat, ad finem perducere poſſet: Aſt quoniam tum temporis Luſitania Africæ Meridionalis oras bello laceſſebat, & Alphonſus Calecutium verſus in Indiam Orientalem viam ſternere incipiebat, exhauſtum erat ærarium, unde ejusmodi impendium, quale Columbus requirebat, facere haud poterat.

Acce-

ccedebant præterea homines, qui Cosmographicā
tem profitentes,nullam ſe ejus partem ignorare ar-
ſtrabantur. *Itaque ſuperciliosè Columbum deſpi-
entes, Regi ſuadebant, ne quam peregrini hominis
mniis fidem adhibere vellet. Quippe amentem
ſe: neque in Occidente aurum aut divitiarum quid-
uam exiſtere poſſe, veluti exploratum affirmabant.*
b) Quorum etiam opinionem Calciadiglia, cele-
errimus ille Viſeenſium Epiſcopus, ſua auctoritate
orroborabat, Quibus ratiociniis, quanquam fal-
fundamento ſuperſtructis Regis animum à Co-
mbo deflectebant, quare is ſpe fruſtratus, cum
hil auxilii ſibi promittere poſſet, aulam reliquit
lyſſiponenſem, Hiſpaniamque petiit.

§. 3. Præterea etiam hanc ob cauſam prætermiſſa
ènuenſium Republica Regi Luſitaniæ inſtitutum
um primum detexit, quia ſcilicet, quam diu in Pa-
a degeret, nullam habebat novi orbis cognitio-
m, quippe quam demum poſt ſuum in Portugal-
m adventum è ſupra dicta Bohemi Tabula Geo-
aphica hauſit. Hinc non potuit Genuenſibus ſuis
ım de nvois terris detegendis propoſitum declara-
, quarum exiſtentiam tum temporis adhuc igno-
bat. Non male Franciſcus Lopez de Gomara,
) *Equidem Columbum*, inquit, *ſi ſuo marte & in-
nio ubi eſſet nova India cognoſſet, multo ante,
am in Hiſpanium veniret, de ea perveſtiganda cum
s Genuenſibus acturum fuiſſe exiſtimo, qui tum*
nego-

) Hieronymus Benzo *Nova Novi orbis Hiſtoria Lib. I. Cap. VI. p. m.* 25.

) *Hiſtor. General. Indic.* l. c.

negotiandi cauſa totum orbem peragrabant: ſed tal quid aggredi ei nunquam venit in mentem, done cum Nauclero illo Hiſpano egit, qui eam, tempeſta te maris actus, repererat. Hiſpanum dicit hun Nauclerum Lopez, ſed eum Germanum fuiſſe ſupe rius oſtenſum eſt. Hieronymus quidem Benz Petri Martyris Angelerii adducit teſtimonium, qu is afferere dicitur, Columbum omnino Senatui & Populo Genuenſi coram primum ſua conſilia expo ſuiſſe, ac ſimul ſpopondiſſe, ſe, ſi à civitate aliquo navibus inſtrueretur, Herculis columnas præter vectum, tamdiu in occidentem navigaturum, do nec orbem circumvectus in aromatum feraces inſul perveniret. Sed omnes hanc Columbi commen tationem ceu inanem fabulam aut ſomnium reſp iſſe. Quod teſtimonium in eo libello exſtare ai quem hac de re conſcripſerit Martyr. Intellig Benzo dubio procul Petri Martyris de Rebus Oce nicis & novo orbe decades, in quibus tamen cit tum locum invenire haud potui. (e) Et ſi vel m xim

---

(d) Lib. 1. cap. V. p. 23. *Nova Novi orbis Hiſtoria Urbano Calvetone ex Italicis Hieronymi Be zonis commentariis latinitati donata.* prodi Genevæ 1600. in 8.

(e) Non quidem ipſum Petri Martyris textum la num jam inſpicere potui, quippe qui ad m nus nunc non eſt. Verſionis tamen alicuj Gallicæ mihi copia facta eſt quæ 1532. Pariſ

me exſtet illud, ad quod provocat Benzo, Petri
Iartyris teſtimonium, plurimorum tamen potius
iſtoricorum, quam hujus unius fidem ſequendum
ſe, duxi, cum reliqui fere omnes uno ore fatean-
ır, Columbum Regi Luſitaniæ primum ſuos in in-
eniendis novis terris conatus obtuliſſe.

§. 4. Poteſt etiam ex incredibili Chriſtophori
olumbi hoc in negotio adhibita pertinacia, vel, ſi
avis, conſtantia quam clariſſime probari, eum in-
ıbitatam habuiſſe novi orbis cognitionem. Quan-
enim ſubiit pericula? Quot labores ſuſcepit?
uot irriſiones patienter tulit? Priusquam navem
iam vel alteram adipiſci poſſet. Sane, ſi ſolum-
odo ſpem ſuam incertis conjecturis ſuperſtruxiſſet,
ec certiſſimam Americanarum terrarum habuiſſet
otionem, ſine dubio ſtatim à propoſito ſuo abſti-
uiſſet, cum ſe ubique naſo, ut ajunt, adunco ſu-
enſum inanibusque promiſſionibus vexatum vi-
eret. Aſt ille quamvis à Luſitanis inſanus habitus,
deliri inſtar circulatoris irriſus fuiſſet, mirifica
D pertı-

in forma, quam vocant, octava majori, hoc ti-
tulo impreſſa: *Recueil des Isles nouvellement
trouvées en la grand mer Oceane au temps du
Roi d'Eſpagne Fernand & Elizabeth ſa femme,
fait premierement en latin par Pierre Martyr
de Millan, & depuis tranſlate en languaige
François.* Sed priores tres Decades tantum ex-
hibet. Editio vero quæ Pariſiis anno 1587. in
8. lucem vidit octo decades continet, illuſtra-
tas à Richardo Hackluto Oxonienſi.

pertinacia inſtituto ſuo inhæſit, ſpe fretus, fore, ut a
aliquo Principum tandem aliquando rebus ad de
tegendas trans mare regiones neceſſariis inſtruere
tur. Certitudo enim, quam è Martini Bohemi ſa
pius memorata tabula Geographica de terris illi
ſibi acquiſiverat, magis magisque illi calcar adde
bat, ut omnia tentaret, nec quicquam intermitte
ret, quo ad præfixum finem perveniri poſſe, cenſe
ret. Itaque fratrem ſuum Bartholomæum in An
gliam ad Henricum VII. Angliæ Regem miſit, qu
naves Indiæ inveſtigandæ peteret: Ipſe vero Chr
ſtophorus in Caſtellam profectus, Aulam Ferdinan
di & Iſabellæ adiit. Bartholomæus quidem adver
ſa fortuna in itinere ſuo utebatur, à Pyratis enim
captus, rebusque omnibus ſpoliatus miſeram inte
eos vitam agere cogebatur. Tandem vero non ſi
ne ingenti periculo ex illorum manibus evaſit, &
quo tendebat, Angliam, magna ſpe indutus, appulit
Ibi victu & amictu deſtitutus, tabulas marinas con
ficere aggreſſus eſt, cujus artis non erat imperitu
Hac ſibi viam ſtravit Regis Henrici propenſionem
conſequendi. Offerebat illi poſt aliquod tempor
ſpatium Bartholomæus mappam aliquam, ut vo
cant, univerſalem, ſeu delineationem globi terreſtri
Geographicam, procul dubio è Bohemi memora
ta tabula transſcriptam, in qua præter veteris orbi
partes inſulas quoque Americanas & nonnulla nov
orbis littora adumbrarat. Exponebat ſimul Reg
ingens fratris ſui deſiderium has novas regione
adeundi, ac maximis efflagitabat precibus, ut Re
tantæ expeditioni neceſſaria clementiſſime conce
dere haud dedignaretur, promittens ſe brevi ex

terris

‑is illis incredibiles divitias allaturum. Aſt ludi-
o habitus, repulſam tulit, & ita irrita ſpe ſine ope
Anglia rediit. (f) Interea vero temporis Chriſto-
orus in Hiſpania omnem lapidem movebat, ut
mates Regni & Miniſtros ſtatus ſupremos in par-
ſuas traheret; imo & ipſi Regi anno 1486. libel-
n ſupplicem obtulit maximis obteſtationibus
pletum, quo Rex ſibi ſuoque inſtituto benigniſ-
ie ſuccurreret. Sed quia incredibilia polliceri vi-
batur, nil niſi contemtum retulit, tanquam qui
ntis non eſſet compos. Sed ille, omnes deriſio-
patienti & conſtanti animo ferens, in propoſito
nſtanter perſeveravit. Inſtabat, urgebat, ob-
rabat Columbus omnes eos, quos Regis vel Re-
næ amicos norat. Tandem conſumtis aliquot in
c Aula annis quidam Hiſpaniæ Proceres Chriſto-
ori conſtantia movebantur, quorum ope & in-
ventu aditum ad Iſabellam Reginam eſt conſecu-
s. Itaque tempus cum ea colloquendi nactus,
ilta verborum vi magnaque eloquentia de terris
ndum detectis diſſerit, effecitque ut Regina di-
s ſuis aſſenſum fidemque præberet, promittens ſe
de re cum Rege acturam, ac omni conatu enixu-
m, ne quid rei ad inceptum exſequendum neceſſa-
e ei deeſſet. Fecit, quod promiſerat, Regina, ac
evi Regem precibus flexit, ut liburnicam unam,
iasque caravellas Chriſtophoro Columbo inſtru-
as & armatas traderet. (g) E quibus ſatis liquet,

 quan-

f) Benzo l. c. Cap. VI.
g) confer. Benzo l. c.

quanta fuerit ejus pertinacia, quanta temeritas? Su
cipiendo namque hanc expeditionem, famæ parit
ac vitæ periculum ſubiit. Quodſi enim incepto ſu
felix exitus defuiſſet, abſque dubio audaciam cap
tis pœna tanquam impoſtor luiſſet, præſertim cu
Regem immenſis pollicitationibus aureos mont
promittendo ac precibus importunis quaſi coëgera
ut inſtituto huic neceſſaria concederet. Sane, ni
terras Americanas jam aliunde habuiſſet explorata
non ea Herculea audacia tantum molimen fuiſſ
aggreſſus, multo minus famam vitamque in diſcr
men obtuliſſet. Nec eſt, quod quis objiciat Mart
num Bohemum iisdem ſe expoſuiſſe periculis, v
enim hic Iſabellæ Belgii moderatrici ea, quæ de i
cognitis terris erat ſuſpicatus, aperuerat, cum il
ſtatim ſponte ſua ipſi navigium offerret. Nec etia
Martinus divitias vel quid certi promittebat, ſe
omnia fortunæ caſui relinquens, non habebat, quo
timeret, quia neque fraudis neque impoſturæ acc
ſari poterat.

§. 5. Sed videamus, quodnam Columbus incep
ſui dixerit fundamentum. Ventos ſcilicet ab occa
ſpirantes in ſubſidium vocavit, perhibens, ſe pro ſu
more ac inſtituto trans Gades in Portugalliam
omnem illam Oceani oram navigaſſe, ibique ſæp
numero, & quidem non ſine multa cura diligenti
que animadvertiſſe, ventos quosdam ſtatis anni tem
poribus ab occaſu flare conſueviſſe, qui multos di
conſtanti & æquabili tractu ſpirarent. Quos cu
non aliunde quam ex transmarina aliqua ora, cuj
halitu gignerentur, proficiſci poſſe judicaſſet,
ejus rei certitudinem quærere, conſtituiſſe. Aſt, qu
cre

ederet, hanc ob cauſam Columbum tanta ſuſcepiſſe olimina, ac ultima quæque auſum, ſcilicet ob llaciſſimam quandam imo falſiſſimam conjectum, è ventorum flatu deſumtam, niſi alia eaque rtiora habuiſſet novi orbis indicia. A veritate im prorſus eſt alienum, ventos tantum è terræ am haurire originem, contrarium potius eſt aſſendum, oriri videlicet eos ex aquarum exhalationius, de qua re hodie nemo dubitat. Hanc veritam agnoverunt jam multa ante ſecula veteres, lubet co omnium unius Vitruvii (h) teſtimonium adıcere, poſtquam enim ille ventum definierat, quod *aëris fluens unda, cum incerta motus redundantia*, m declarat exemplo ærearum Æoli pilarum hunc modum: Habere illas punctum anguſtiſſimum, uo aquæ infundantur, collocarique ad ignem, & ntequam caleſcant, non habere vllum ſpiritum, ſiıulac autem fervere cœperint, efficere ad ignem ehementem flatum: ita ſcire & judicare licere è arvulo breviſſimoque ſpectaculo de magnis cœli entorumque naturæ rationibus. Quæ enim in hac Eoli vis eſt ac efficacia, idem in globo terreſtri Sos caloris & cujuslibet teporis eſt effectus, qui quarum ſuperficiem urget, & nocte dieque immenım exhalationum copiam ex aquis evocat, quibus aporibus nubiũ aut inter ſe, aut cum montibus conurſus, aut ventus jam alibi fluens &c. impetum ilım imprimit, quem quotidie ſentimus, quemad-

 modum

---

h) Lib. I. Cap. VI.

modum Carteſius (i) illud luculenter ſatis demon ſtravit. Notatu etiam digniſſimæ ſunt obſervatio nes, quas Dominus Colepreſſe, celebre illud Soci tatis Regiæ in Anglia membrum, huic ſocietati ex hibuit, & quas ex ore Joannis Gill, viri rerum Min ralium peritiſſimi, hauſerat. Differenti enim Col preſſe de ventorum origine ac natura, ille retuli aquam in locis ſubterraneis ſine aëre aut vento nu quam deprehendi, hinc operarios ac foſſores ejusmodi metallifodinis, ubi aqua ſubterranea i veniatur; ſat aëris ſemper hauri re poſſe. Aſt è co trario ſi aqua eis non occurrat, deſtitui convenie te aëre, ut nec reſpirare, nec candelas ſuas retine poſſent ardentes, quare hoc caſu machinas ad bendas eſſe, quibus aër attrahatur, quod etiam celebratis Sylvæ Hercyniæ metallifodinis obſerv tum novi. Addidit porro ſupra dictus Joannes Gi quando in profunda aliqua fodina magna reper tur aquæ ſtagnantis copia, ſolere tum operarios ex tum parare, quo aquam illam derivare queant: ſimulac ad illum Horizontis paralleliſmum perve tum ſit, ut aqua incluſa è fodinis fluere ac devol incipiat, aërem compreſſum ſeu ventum in aquis l

tita

(i) *De Meteoris* Cap. IV. confer. Athanaſius K cherus *in Mundo Subterran. Tom. I. p.* 115. *ſeq* Jo. Baptiſta du Hamel *Oper. Philoſoph. Tom.* *Lib. I. Cap. III. pag.* 315. *ſeqq.* Jo. Chriſtoph rus Sturmius *in Phyſicæ Compend. Erotemat.* 496. ſeqq. Idem *Philoſoph. Eclect. Tom. II. Exe cit. IX.* Jo. Sperlette *Phyſicæ Novæ Part. I* *Sectione II. pag.* 230. & innumeri alii.

antem, fragore adeo horrendo erumpere, ut cre-
res maximum diſplodi tormentum, tantaque eſſe
olentia, ut omnia ſecum abripiat, ipſas commi-
iendo rupes. Hinc ſi exitus aquæ ſeu ille ductus
bterraneus aperiatur, foſſores metallicos, quam-
imum poſſint, in loca tuta ſe recipere, ne in fru-
diripiantur eorum corpora. Corroboratur præ-
rea ventorum ex aquis ortus ejusdem docti Angli
quenti obſervatione. Dum enim diverſis occaſio-
bus iter mari Londinum inter & Plimouth inſti-
it, animadvertit ſæpenumero, quod, cum mare
anquillum alicunde lento motu inciperet fluctua-
aut moveri, poſtridie ejus diei ventus certiſſime
iraret ex illo puncto Pyxidis Nauticæ, quorſum
e priori Mare fluctuarat. (k) Cujus Phænomeni
uſa nulla alia eſſe poteſt, quam, quia vapores e
ari jam jam exhalantes, ſimul cum mari moven-
r, & verſus eandem mundi plagam fluunt. Nec
t, quod quis objiciat, ventos corpora humore
erfuſa exſiccare, ergo ex vaporibus ſeu aquæ parti-
is conſtare non poſſe. Venti enim non compo-
untur duntaxat è vaporibus, ſed etiam conſtant ex
ulto aëre cum vaporibus permixto, & horum
irtute commoto, qui humida corpora facile ſicca
eddere poteſt. Præterea, cum ipſimet vapores ce-
errime agitati, per poros corporum humore perfu-
orum tranſeant, obvii humoris particulas commo-
ent, ſuoque motu ſecum abripiunt, unde ſicca re-

 mane-

k) Vid. *Acta Philoſophica Societatis Regiæ Angliæ Anni* 1667. *Menſ. Jun. Nro.V.*

manere corpora ſolent. (l) Plura adducere poſſem de ventis Phænomena, hypotheſin hanc probantia, ſed brevitatis ſtudio hic abrumpam. Poſtquam ſufficienter, ut opinor, probatum, falſam, etiam ex veterum ſententia fuiſſe Columbi, de ventorum è terris origine, hypotheſin, quare eam tantum adhibuiſſe credo, quo Martini Bohemi famam ſupprimeret omnemque ex Americæ inventione ſibi gloriam arrogaret.

§. 6. Conſtabit hoc clarius adhuc ſi perpendamus Chriſtophorum Columbum poſtquam ab Hiſpaniarum Rege eas, quas deſiderabat, naves nactu eſſet, recta via nullis ambagibus iter ſuum verſu Novi Orbis inſulas inſtituiſſe, & eodem curſu uſu eſſe, quem adhuc hodie Hiſpani, in Americam navigantes, ſequuntur. Ipſe enim cum Bartholomæ fratre ineunte Auguſto, anno 1492. è Calicio port vela in altum dedit, & curſum ad Canarias Inſul direxit, Gomeramque appulit, quæ è Canariaru num

(l) Poteſt etiam ventorum ex aquis ortus probari curioſiſſimo illo modo, quo ignis in officin Æris Tiburtinis prope Romam per aquam ſu flatur, non movendo folles; lapſu enim qu dam aquæ ventus procreatur tanta vehemen tia, ut ex illo tubulo, per quem ventus eruit, gl bum poſſit in altum impellere, quemadmod in Tuſculano Freſcati fieri ſolet. De quo le merentur *Acta Philoſophica Societatis Anglic na Anni* 1665. *Menſ. April. p.* 19. ubi hæc m china deſcripta & æri inciſa deprehenditur.

numero eſt. (m) Ibi aliquot dies commoratus, ut
quam & cetera neceſſaria ſumeret, cœptum iter
occidentem ſolem ſequutus, peragere inſtitit. Sol-
vens è Gomera, nunquam à via aberravit, ſed trium
& triginta dierum ſpatio ſuis navibus Oceanum
tranſiit Atlanticum, inſulasque reperit Americanas.
(n) Certe ſole meridiano clarius ex hoc inſtituto à
Columbo in novum orbem curſu elucet, accuratiſſi-
mam cum habuiſſe hujus occidentalis oceani cogni-
tionem ſitumque inſularum, quas aggreſſus eſt, per-
fecte exploratum. Alioquin enim non tanta facilita-
te, tam exiguo temporis ſpatio, directo curſu, mare
transmiſiſſet. Solent enim nautæ, qui intentatas
regiones quærunt, hic & illic oberrare, & magnam
temporis jacturam facere, donec, quod quærunt,
inveniant, quemadmodum è libris Hodoeporicis

 abun-

(m) Benzo l. c. pag. 16.

(n) Teſtis eſt Petrus Martyr ab Angleria Lib. VI. Epiſtol. 134. *Secutus*, inquiens, *occidentem ſolem à Gadibus, Chriſtophorus quidam Colonus, vir Ligur, præbitis illi à meis Regibus tribus navigiis, perrexit ad Antipodes, milliaria ſupra quinque millia. Tres & triginta continuos dies, cœlo tantum contentus & aqua, adnavigant. Terram poſthac, è cavea grandioris navis, qua Colonus ipſe vehebatur, ſpeculatores proclamant. Inſulas percurrit ab æquore ſex. In ipſarum una, quam Hiſpania majorem eſſe cuncti, qui ſunt illum ſecuti, rei novitate pellecti prædicant, in terram deſcendit.* Cetera.

abunde conſtat. Tres & triginta dies hoc ſuo itinere conſumſit Columbus; atqui, nec Hiſpani citius hodie eo pervenire poſſunt, quamvis vento gaudeant ſecundo & rectiſſimam viam ſibi legant, quod apertiſſimum indicium eſt, Columbum jam omnia ante expeditionem ſuam habuiſſe comperta.

§. 7. Nec eſt, ut hoc caſui fortunæ attribuamus, quod Columbus tam cito curſu hodie conſueto ad Novum orbem pervenerit. Nam & ſitum Novi Orbis ejusque à Vetere diſtantiam exploratam habuit. Quod cuidam fortunæ caſui adſcribi nunquam poterit. Quum enim emenſa dierum aliquot navigatione, nondum ulla terra appareret, milites, quos ſecum habebat, contra eum fremere incipiebant. Ille mitigatis magnis promiſſionibus eorum animis, curſum continuat. Sed cum poſt aliquot dies nullum adhuc terræ indicium conſpiceretur; de novo ſocii aperte Columbo minabantur, & quisque pro ſe ipſi probra ingerebat, Genuenſem impoſtorem palam vocantes: Neſcire namque eum, ajebant, quo iſum tenderet, aut quo appellere vel poſſet vel vellet, & ſe ejus culpa & ductu in certam perniciem fore ruituros. Columbus, quicquid poterat, tentatabat, ut iratos eorum animos ſedaret, rationesque omnes, quot norat, in medium proferebat, quibus novi orbis exiſtentiam probare nitebatur, ſimul precans, ne per impatientiam animis deficerent, ſibi enim ſpem certiſſimam eſſe, brevi terram, quam quærerent, novam in conſpectu fore. Reddidit his ſermonibus quietos aliquantiſper milites, ſed cum aliquot præterea dies navigaſſent, nec ulla tellus deprehenderetur, tumultum in navibus redintegrant, & ſe in Patriam

riam reduci jubent. Addunt, ſe Columbum pertinaciter ultra tendentem in mare projecturos, quippe ulterius progredientibus non ſuffecturos commeatus, inprimis cum aqua deficeret, quæ in Hiſpaniam reverſutis neceſſaria foret. Tandem eo res rediit, ut Columbus promitteret, ſe reverti velle, niſi intra triduum terram viderent. Itaque proſpere iter pergens poſtridie ejus diei ante ſolis occaſum vela demitti ancoramque figi jubet. Nocte, quæ eum diem ſequuta eſt, nauta quidam Lepienſis (o) è ſummo mali faſtigio alta voce proclamans. Ignem! inquit, Ignem proſpicio! Tum, è veſtigio, adoleſcens quidam dixit: *Non diu eſt, cum mihi Dominus meus Columbus id ipſum manifeſtavit.* Et ita detecta terra ſcapham in mare demittunt & in inſulam repertam egrediuntur. (p) Hoc modo unanimi Hiſtoricorum conſenſu hiſtoria primæ in Novum orbem navigationis enarratur. Sed quis exinde non videt, Columbum ea habuiſſe de novo orbe indicia, quæ Mar-

---

(o) Hic nauta ingenti lætitia & maxima ſpe auctus credidit, ſe ſimulac in Hiſpaniam rediiſſet; tam fauſti nuncii, quod ſcilicet primus viſi à ſe ignis è navi ſignum dediſſet, maxima præmia à Rege relaturum. Sed cum poſtea nihil acceperit, ſeque ſpe ſua fruſtratum videret, ira & dolore victus profugit in Africam, & Chriſti fidem abjurans, Mahumedanam amplexus eſt religionem. vid. Hieron. Benzo *Hiſtor. Nov. Orb. Lib. I. Cap. VI.*

(p) Benzo l. c.

Martinus Bohemus Regi Luſitaniæ dederat. Hinc neque precibus neque comminationibus ſociorum moveri poterat, ut reverſus eſſet. Tandem cum ad eum longitudinis gradum perventum eſſet, ſub quo Americam ſitam eſſe è Bohemi delineatione Geographica intellexerat, promiſit, ſe intra triduum reverſurum, niſi terra interea temporis ipſi occurreret. Bene autem habebat perſpectum, cum hoc promitteret ſociis, fore, ut intra præfixum trium dierum terminum inſulam, quam indagabant, neceſſario invenirent. Hanc etiam ob cauſam ſequenti die ante ſolis occaſum ancoras pandi jubebat, terram enim vicinam eſſe ſciens, metuebat, ne navigia noctu ad ſcopulos, quæ juxta littora frequentes eſſe ſolent, vel etiam ad ipſam terram alliſa frangerentur. Et hac eadem nocte, cum præter morem in ancoris commoraretur, nauta ignem in terra vicina primus detexit, ac de eo læta voce reliquos reddidit certiores. Sed antequam nauta clamaſſet, jam Columbus de terra, à qua non procul aberant, cum juvene quodam proxime adſtanti verba fecit, quemadmodum è Benzone jamjam relatum eſt. Addit quidem Benzo Columbum forſan ex cœli conſpectu, vel ex aura & nubeculis, circa orientem ſolem in horizonte apparentibus, aut certe inſtinctu quodam ingentis & invicti animi deprehendiſſe, ſe haud procul terra abeſſe. Sed quemadmodum Columbus in imo navis morans ignem videre non poterat, quem deinceps nauta in mali culmine conſtitutus conſpexit; ita nec ex indiciis à Benzone adductis colligere poterat, ſe terræ proxime adeſſe; ſed quicquid hac

in

n re compertum habuit id omne, Martino Bohe-
no acceptum referendum.

§. 8. Sed quid multa? Martino Bohemo ſuo ju-
e meritoque primæ Americæ detectionis gloria de-
betur, ex hoc fonte ſua hauſit Columbus, & viam
n novum orbem melius aperuit. Sit ſua laus Bo-
hemo, ſit ſua laus Columbo. Ambo magni fuerunt
navarchi, egregiis animi dotibus muniti, & quod il-
e feliciter incepit, hic adhuc felicius ad finem per-
duxit. Et quamvis nunquam de ſua in Americâ expe-
ditione cogitaſſet Columbus, niſi Bohemũ habuiſſet
prædeceſſorem & hodegũ; Ex ipſius tamen conſtanti
abore ortum, ut novus orbis cum veteri ſuas com-
municaverit divitias, aromata, aliaque pretioſa. Non
equidem ignoro, eſſe multos, qui Americæ inven-
tionem Europæis maxima damna intuliſſe aſſerant.
Eorum Princeps eſt Trajanus Boccalinus (q) ille
enim

(q) Celeberrimus hic Italiæ Satyricus merito lo-
cum occupat inter Cornelii Tollii infelices lit-
teratos. Cum enim nusquam ab hoſtium per-
ſecutionibus, quas ſibi è ſuis ſatyris attraxerat,
tutus eſſet, Venetias fugit. Sed ibi à quatuor
ſicariis in ipſo ſuo lecto ita ſacculis arena im-
pletis fuſtigatus, ut miſerrime vitam finiret.
Quod Regis Hiſpaniarum juſſu factum eſſe
multi autumant, quem in Relationibus ſuis hic
citatis ſalſe nimis perſtrinxerat. Vid. Erythræi
Pinacoth. Imag. illuſtr. I. c. 149. & Pinac. III.
c. 59. Tollius de Infelic. Litterat. p. 444. edit.
Lipſ.

enim in ſuis Relationibus ex Parnaſſo (r) Marium Molzam (t) Poëtam lue venereâ totum corruptum introducit, & è vivo ſuo cadavere contra Americæ inventores præſertim vero contra Chriſtophorum Columbum diſſerentem. Ait ille, fœdiſſimum hunc morbum per Americæ detectionem Europæ invectum, qui antiquitus fuerit ignotus. Pretia rerum eſſe aucta, omniaque facta cariora: Voluptates & vitia majores & quaſi novas cepiſſe vires, & reliqua. (u) At enim vero morbus ille turpiſſimus non regio-

(r) Titulus Italico idiomate eſt : *Ragguagli di Parnaſſo del Signor Trajano Boccalini Romano.* Prodierunt Venetiis 1644. in 8vo.

(t) Centur. II. Relat. 90. p. 271. Deſcribit eum turpiſſima lue maxime deforrmatum hunc in modum: *In mezzo la Real Sala comparue Mario Molza, Poëta di molto grido, ma per non haver nel capo è nella barba pelo alcuno, fatto molto diforme, oltre che piu moſtruoſo lo rendeva l'esſer ſenza il naſo, pieno di Gomme e di croſte, e di doglie, il quale col dito moſtrando le ſue piaghe con alta voce, queſte diſſe, o Sire, che qui vedete, nella mia faccia ſono i nuovi mondi, i nuovi riti & i nuovi coſtumi degl' Indicani: queſte le Gioie, le Perle, le Droghe &c.*

(u) Quoniam citatus Boccalini liber non in omniū manibus eſt, ipſa ejus verba è verſione Germanica hic transſcribere lubet: Ich begehre / inquit, an dieſen heiligen Orte nichts ſchänd-

gioni detectæ, ſed hominum libidini imputan-
us, nec is ex America ortum ſuum traxit, ſed jam à
ultis retro ſeculis ante Americæ inventionem mor-
les pravis voluptatibus indulgentes vexavit, natu-
lis enim libidinum pœna eſt, imo ſpeciem quan-
am eſſe lepræ, ab antiquiſſimis temporibus ſatis
notæ,

liches vorzubringen / ſondern eitel beweinens-würdiges Elend und Hertzeleyd / ſo dieſe Leute aus ihrer neuen Welt mit ſich gebracht / davon die vorigen Medici und Chirurgi gantz nichts gewuſt haben. Und wie wollet ihr vorgeben / daß die Menſchen jetzo die Lieblichkeit der Gewürtze riechen und genieſſen können / welche ihr aus Indien gebracht zu haben / euch ſo ſehr rühmet / da doch die Frantzoſen ſo eine groſſe Feindſchafft gegen die menſchlichen Naſen tragen / mit welcher Kranckheit ihr auff eine angenehme Art die Welt angeſtecket habet. Und wundert mich / wie ihr doch ſagen möcht / es habe GOtt der Allmächtige euren Königen zur Belohnung dieſe neue Welt verehret? da doch viel vermuthlicher iſt / es habe die Göttliche Majeſtät / vermittelſt eurer Vermeſſenheit / endlich die abſcheuliche Schwachheit der Frantzoſen in Europam kommen laſſen wollen / die unzüchtige geile Menſchen durch ſolche Ruthe zu züchtigen. Mit was vor Vermeſſenheit könt ihr doch vorgeben / daß ihr die Welt mit allerhand Gewürtz bereichert habet / da doch der Pfeffer / Zimmet /

notæ, nullus dubito. Bene ut opinor celebris quidam Medicus (x) *Nous pouvons dire*, inquit, *ſans faire le Theologien, que Dieu ayant toûjours eu en horreur le peché de fornication, il l'a auſſi en tous les temps du monde fait ſuivre d'une infinité de malheurs & de*

Någelein dreymahl theurer ſind als ſie vorhin geweſen: ehe ihr das Spießglaß und andern Artzeneyen vor das Haar ausfallen in Europam herůber gebracht habet. Kõnnet ihr euch auch wohl einbilden / daß wir glůckſeliger zu ſchåtzen ſind / demnach ihr eine ſolche Menge Silber und Gold aus der neuen Welt zu uns gefůhret habet. Da wir im Gegentheil viel beſſere Sache håtten / wenn wir von dieſen ſchådlichen Metallen / welche eine rechte Urſache alles unſers Jammers und Elendes ſind, gar und gantz nichts wůſten. Allein ihr ſeyd mit allen euren Gefåhrten doppelter Ehren wehrt / dieweil ihr durch die groſſe Menge Silbers und Goldes die alte Welt in eine ſchreckliche Confuſion die Neue aber durch Einfůhrung des Eiſens in das åuſſerſte Verderben geſtůrtzet habet. Und worzu nutzet dem gantzen Europæ alles Gold und Silber / wenn nichts deſto weniger / alle zu der menſchlichen Nothdurfft gehõrige Sachen von Tage zu Tage theurer / und die Menſchen immer ärmer werden? Et reliqua.

(x) Gervaſ. Ucay *Nouveau Traité de la Maladie venerienne* Cap. I. p. 3. ſeq.

maux corporels, parmi lesquels on doit compter Verole, comme une ſuite de l'impurete & l'appange que Dieu promet aux debauchés, dans le dix uvieme chapitre de Jeſus Syrach; qui ſe jungit forcariis erit nequam, putredo & vermes hæreditant illum. Et paulo poſt ſubjungit: *Or on ait, que ſi une fille perfaitement ſaine & pucelle, ſi veut, afin qu'il ny ait aucún ſoupçon de mal verien, ſe meloit parmi une demidouzaine de garçons ſſi ſains qu'elle, & ſe debauchoit tour a tour avec x, ou les uns ou les autres auroient bientot la Vele, & tous enſemble la contracte roient enfin par la epetition des actes veneriens.* Certe ſimilem orbum e cauſis ſimilibus etiam ſuperioribus ætabus potuiſſe oriri, dubium non eſt. Et cum omni ævo proſtitutæ libidinis exſtiterint mulies, ſe promiſcue omnibus viris ſubiicientes, illas bi inde deteſtandum hunc morbum contraxiſſe, mnimodo veritati conſentaneum videtur, hinc undo ipſi pæne coævam eſſe luem, ejusque inia a priſcorum ſeculorum impuritatibus eſſe areſſenda ſum perſuaſus. Nam quamvis nulla ilus in Hippocratis, Galeni aliorumque veterum ledicorum ſcriptis, ſub iis nominibus fiat meno, quibus hodie utimur; morbum tamen ipſum, juſque ſymptomata fuiſſe admodum nota, con. at. Sane qui veterum Medicorum evolvit moumenta, facile deprehendet, eos ſub nominius ulcerum virulentorum, Gonorrhoeæ, Buboum fœdorum, impetiginum, ardoris urinæ, uſtularum ſiccarum, nodorum, verrucarum, arici &c. eundem morbum indicare voluiſſe, uem hodie Gallicum vocare moris eſt. Quod

etiam inde probari poteſt, quia ſcilicet, unguen-
ta mercurialia & alia ex Arte Medica depromi
media, in morbi Gallici curatione hodienum u-
tata, dictis morbis medendis adhibuerunt. (y)
Facile tamen interim largior temperatam patrui
noſtrorum vivendi rationem, luem hanc peſtife-
ram tunc temporis reddidiſſe rariorem, nec adeo
manifeſtam ac frequentem, quam nunc noſtro
tempore eam obſervamus, quo ea res rediit, u
Medici e fœdiſſimæ luis curatione haud raro in-
gentes corradant divitias.

Quem

(y) Non equidem me fugit, Medicorum plurimo
luem veneream pro novo morbo habere
quibus tamen ob adductas rationes aſſen-
ſum præbere nequeo. Multi tamen etiam
e contrario viri in Arte Medica magni no-
minis, pro hujus morbi antiquitate conten-
dunt. Sebaſtianus namque Aquitanus pe-
culiari tractatu de *Morbo Gallico* probandum
ſumſit, eum eundem eſſe, quem vetere
Elephantiaſin & Lepram dixerunt: Nico-
laus Leonicenus, celebris ille Ferrarienſium
Medicus, hanc luem inter Epidemicos Hip-
pocratis morbos refert, cui aſſentiuntur
Antonius Scanarolus, Franciſcus Valleſius
Benedictus Victorius, Johannes Paſchalis
Reusnerus, Minadous & alii. Præter
ceteros vero hac de re legi merentur Nicolaus
de Blegny in *Zodiaco Medico Gallico* p.m. 258.
ſeq. & Eduardus Maynvvaringius *in Hiſto-
ria & Myſterio Luis Venereæ* Cap. II. p. 16.
ſeqq.

uemadmodum H. Capivaccius de ſe fatetur. (z)

Quod porro obiicitur, rerum pretia aucta eſſe, obari nequit. Res ipſæ eadem æſtimatione, ıa olim venduntur, hodienum venduntur. uodſi vero nonnullæ factæ ſint cariores, id aliis uſis, veluti bellis, regionum devaſtationibus, cendiis aliisque ejusmodi infortunatis caſibus tribuendum. Ipſa autem metalla numero & antitate crevere, cum ingens eorum multitu- ex Americanis in noſtras provincias ſit trans- rtata, hinc aurum argentumque majori copia ous æquiparari oportuit, (α) unde factum ut mines ſibi perſuadeant, rerum pretia eſſe aucta. tia mortalium ab Americæ inventionis tempore jores cepiſſe vires, falſum eſt: Semper vitiis butum fuit hominum genus, & fuiſſet quoque, amſi novus orbis non fuerit detectus. Sed, in- is, avaritiæ & ſacræ auri fami illa metallorum ıltitudine ſtimulus additur, voluptas aroma- n aliarumque rerum pretioſarum, guſtui cete- que ſenſibus inſervientium, invectione in dies gis inſtigatur. Aſt vides, omnem culpam ipſis ıvis noſtrorum hominum cupiditatibus inhære- Omnia illa pretioſa in ſe, & ſua natura conſi-

) *De Lue venerea Cap. ultim.* Ubi confitetur ſe e Gallici Morbi curatione ultra octodecim millia Coronatorum fuiſſe lucratum.

) Confer. Georg. Agricola de *Re Metallica* Lib. I. Cap. I. & Io. Chriſtoph. Beemann. *Hiſtor. Orbis Geograph. & Civil. Cap. VI. Sect. III.* §. 5. *p.* 274. *ſeq.*

 0 3990

derata, & præſertim reſpectu hominis neque bo
na ſunt neque mala ; fiunt autem vel bona ve
mala, prout ab homine adhibentur aut in ſuun
commodum aut damnum. Vivamus ſanæ ra
tioni conformes, non abutamur rebus indifferen
tibus, fugiamus pravas libidines, ſic Molza no
poterit novi orbis inventores in Parnaſſo accuſar
nec ulla aderit conquerendi occaſio.

F I N I S.

ERRATA EXTANTIORA.

Pag. 2. lin. penult. pro Io. leg. *Phil.* p. 3. lin. 23. pr *Abthlia*, leg. *Anthlia* ibid lin. ult. pro 1953. leg 1653. p. 12. l. 19. pro *lingis* leg. *lignis* p. 15. l. 1 pro *praputus*, leg. præputiis. pag. 23. lin. ul pro *ſubterrere*, leg. *ſubterran.* P. 31. lin. ult. pr *Herbeti* leg. *Herberti.*

M714
B933d